# Actoris epiſtola

## Incipit feliciter doctiſſimi ac

famoſiſſimi viri dñi Guidonis de mõte Rotherij liber. qui
Manipulus curatorũ vulgariter appellat᷑. in quo ꝑ neceſſa
ria officia eoꝝ qb9 cura aĩarũ ꝯmiſſa eſt ſm̄ ſeptẽ ſacramẽto
ruꝫ ordinẽ breuiter ꝑtractant᷑ ¶ Actoris epiſtola

Reuerendo in chriſto pa
tri ac dño dño Richardo diuina ꝓuidẽtia ſcẽ
valentine ſedis epo. ſuorũ deuotorũ minimus
Guido de mõte Rotherij cũ deuota et humili
recõmendatõe ſe totũ ſuis obſequijs mãcipatũ. Fons ſapiẽ
tie dei verbum diſpoſitione mirabili cuncta ordinãs et diſ/
ponẽs militãtẽ ecc̃iam ordinauit et diſpoſuit ad inſtar ecc̃ie
triumphãtis Quod figuratiue fuit oſtenſum legiſlatori moy
ſi qñ fuit ſibi ꝑceptũ edificare tabernaculũ in deſerto. iuxta ex
emplar qđ fuerat ſibi in monte demonſtratũ. Tabernaculuꝫ
eñi in huius mũdi deſerto conſtructum eſt militans eccleſia
ad inſtar ſuperne hieruſalem ordinata Cuius quidẽ militan
tis eccleſie fundamenta in mõtibus ſanctis propheta reme/
morans per montes prelatos ſuperiores apoſtolis ſuccedẽ/
tes inſinuat. qui ad modũ ſpirituuꝫ ſupreme hierarchie. me/
dios. inferiores videlicet prelatos illuminãt. ꝑficiunt. et pur/
gant. vt ſic medij a ſuperioribꝰ illuminati ſcientijs ꝑfecti vir
tutibꝰ ⁊ erroribꝰ expurgati. inferiores ſeculares. ſ. et laicos ſi
mili mõ illuminẽt. ꝑficiãt. et purgẽt. qđ facere nequeũt niſi fu
erint diuina grã et doctrina imbuti. Hec ergo attẽdẽs ⁊ vigi
li meditatõe ꝑpenſans ſequẽs opuſculũ de inſtructõe neophi
toruꝫ curatoꝝ cõpoſui. rudi quidẽ ſtilo ſed vtili. non curans
de verboꝝ ornatu ſed de aĩarum ꝯmodo ⁊ ꝓfectu. Qđ qdeꝫ
opuſculũ ad vos qui eſtis ſacroſancte ecc̃ie luminare p̄latoꝝ
qui lucetis velut lucerna lucens in firmamẽto ecc̃ie militan/
tis. qui radio diuine ſapientie. exemploq3 vite ſc̃iſſime. ac ſar
culo correctõis charitatiue ſubditos veſtros illuminatis. ꝑ
ficitis et purgatis. duxi humilit᷑ diſtinãdũ vt lima correctio
nis veſtre politum ꝓcedat in publicuꝫ. qđ ſine illa non audet

# Prologus

Suſcipiatis pater ꝛ dñe reuerẽde cuȝ affectu beniuolo pñs
opuſculũ qđ offert humilitas. ꝯminat affectus. ac charitas
pſuadet Correctũq3 ꝛ emẽdatũ ſi veſtre dominatõi videt cõi
care placeat curatꝭ neophitis: vt q̇ neſciũt addiſcãt. et q̇ ſciũt
ſcire ſe gaudeãt ꝛ ad maiora deſcẽdãt Ueſtrã reuerẽdã pſonã
cõſeruet deꝰ eccĩe ſue ſcẽ. cui me humiliter recõmẽdo. Scri
ptuȝ Thurolij. Anno dñi. M.ccc.xxxiij.

¶ Incipit prologus.

Quia ſm ꝙ dt. pp̄ha Malachias. c.ij. imo dñs p Ma
lachiã. Sacerdotis labia cuſtodiũt ſciam. et legẽ requi
runt de ore eius. Angelus em̃ dñi exercituũ eſt. xi. q. i. Sa/
cerdotibus Jdcirco ne ſacerdotibꝫ legis euãgelice cõtingat
id qđ dñs cuidam ſacerdoti legis moſayce p Ozee pphetam
cõminat dicẽs. Quia tu ſciam repuliſti repellaȝ te ne ſacerdo
tio fungaris. mihi dignũ duxi ad inſtructõem neophitorum
ſacerdotũ maxime curatorũ ſcribere aliqua per que poſſint ſe
in executõne ſui officij dirigere et deo debite miniſtrare Ne/
mo aũt de pſumptõnis temeritate me iudicet. ꝙ ego pctõr
ignorãs et inſcius pſumã ſacros ſacerdotes q̇ ſacre legis p/
feſſores ſunt inſtruere aut informare. Cõfiſus tñ de illiꝰ ad/
iutorio qui ora mutorũ aperit ꝛ linguas infantium diſertas
facit et loqui. tentabo breuiter aliqua ſcribere vt dem magis
pfectis ꝛ pitioribꝫ materiam altiora ꝛ ſubtiliora ac magis vti
lia ſcribẽdi. ſilis puo caniculo qui latratu ſuo magnos lepo/
rarios incitat ad currendum. Cõfido em̃ ꝙ ille qui dedit aſi
ne balaam loquelã mihi rõnali creature infundet gratiaȝ. ne
venerabiles ſacerdotes erubeſcãt a me eorum ſeruitore mi/
nimo edoceri. ſed cõſiderẽt illud verbũ eximij doctoris Au/
guſtini. Ego iam ſenex et ſexaginta annorũ etatis nõ erubeſ
cerem a puero anniculo edoceri. Licet em̃ vt dicit Seneca
verecũdoſuȝ ſit ſenes addiſcere. tamẽ magis verecũdoſuȝ eſt
eos ignorare Quõ ãt q̇libet ſi velit ſuũ officiũ debite exequi
dȝ ſcire illa q̄ ad ſuũ officiũ ſpectãt. Officiũ aũt ſacerdotũ ma
xime curatorũ cõſiſtit in quattuor ſm q̄ttuor ethymologias
iſtius nõis ſacerdos q̄ habent a Damaſceno Quia ſacerdo/
tes ſunt miſſarũ celebratores. ideo dicitur ſacerdos quaſi ſa

cra dicēs. Cōfeſſionum auditores. et ideo dicitur ſacerdos
q̄ſi ſacer dux. Plebis doctores. iō dr̄ ſacerdos. q̄ſi ſacra do
cēs. ſacramētorū miſtratores. ꝛ iō dr̄ ſacerdos q̄ſi ſacra dās
Ergo ꝓpt̄ primū debēt habere tm̄ de ſcia ꝙ ſciāt recte ꝛ diſtin
cte legere ꝛ ꝯgrue ꝓnūciare et accētuare. et ad minꝰ grāmati
caliter intelligere ea q̄ in miſſe officio ꝑtinēt̄. Propt̄ ſcd̄m de
bēt habere tm̄ de ſcia ꝙ ſciāt nūeꝝ ſacramētoꝝ. et q̄ ſit debi
ta forma cuiuſlibet ſacramēti. et modū ea debite miniſtrandi
potiſſime de ſacramētis q̄ ad eos ſpectāt. Propter terciū de/
bēt habere tantū de ſcia ꝙ ſciāt diſcernere inter leprā ꝛ leprā.
i. inter pctm̄ ꝛ pctm̄. ꝛ īponere pnīas ſalutares Propt̄ q̄rtū
debēt habere tātū de ſcia ꝙ ſciāt ad minꝰ ppl'm ſibi ꝯmiſſuȝ
in articulis ꝛ alijs rudimētis fidei informare Omiſſo āt prīo
qꝛ illud ſpectat ad grāmaticā et ſatis ſuppono ꝙ dn̄i epi nul/
lū ad ſacerdocij ordinē ꝓmoueāt niſi ſufficienter fuerit in grā
maticalibꝫ informatꝰ Et qꝛ de hoc agēt̄ qn̄ dicēt̄ de ſacramē
to euchariſtie de alijs tribꝫ in hoc libello eſt agēdū. Quē libel
luȝ volui vocari Manipulū curatoꝝ eo ꝙ ſacerdotes potiſ/
ſime curati debēt libellū iſtū habere p̄ manibꝫ vt videāt ea q̄
circa officia eoꝝ ſunt agēda ¶ Finit Prologus.

¶ Diuiſio huius operis.

Diuidit̄ ergo opuſculū hoc in tres ptes In q̄ꝝ ꝑma agit̄
de ſacramētis et his q̄ ꝑtinēt ad ſacramētoꝝ adminiſtra
tionē. In ſcd̄a de penitētijs et his q̄ ꝑtinēt ad ꝯfeſſionū audi
entiā et penitētiaꝝ impoſitōem. In tercia de articulis fidei ꝛ
q̄ ꝑtinēt ad ppl'i informatōem. Quātū ad primā ꝑtē primo vi
debūtur aliqua de ſacramētis in generali. Secūdo de q̄li/
bet eorū in ſpēali. Et ꝑmo de ſacramēto baptiſmi Scd̄o de
ſacramēto ꝯfirmatōnis. Tercio de ſacramento euchariſtie.
Quarto de ſacramēto ordinis. Quinto de ſacramēto extre/
me vnctōis. Sexto de ſacramēto matrimonij

# Tractatus primus de ſacramē

tis in generali. Et habet tria capitula.

¶ De inſtitutione ſacramentorum

¶ Capitulum primum

# Tractatus .i. prime partis

Quantum ad ſacramēta
in generali primo vidēdū eſt de eorū inſtitutione
Scđo de eoꝝ efficacia et ꝟtute. Tercio de eorū
nūero et diſtinctōe. Sciendū eſt ergo ꝙ ſacramēta oīa noue
legis fuerūt īmediate inſtituta a chriſto. qđ ꝓbant doctores
ſic. Illiꝰ eſt ſacramēta alicuiꝰ legis inſtituere cuiꝰ eſt legē da
re ⁊ cōdere. ſȝ chriſtus fuit īmediate ꝯditor inſtitutor ⁊ dator
noue legis. vt diffuſe ꝓbat apl's in epl'a ad Gal'. ⁊ habet̄ ī Yſa
ia dicēte Dn̄s rex noſter. dn̄s legifer noſter. ipe veniet ⁊ ſalua
bit nos. Ergo ad ſolū chriſtū ꝑtinuit noue legis ſacramenta
inſtituere Vn̄ ſacramētū baptiſmi iſtituit qn̄ baptiſmū a Jo
āne in iordane ſuſcepit. Tūc em̄ vt đt Beda. tactu ſue mūdiſ-
ſime carnis vim regeneratiuā cōtulit aq̄s Licet āt tūc ſacr̄m
baptiſmi inſtituerit. tn̄ nullus ad ſuſceptōnem baptiſmi erat
obligatus vſqȝ poſt reſurrectōem qn̄ in die aſcēſionis dixit
apl'is. Eūtes docete oēs gentes. baptizātes eos in noīe prīs
et filij et ſpūſſcī Math. vl. et Mar. vl. Eūtes in mūdū vni-
uerſuȝ p̄dicate euāgeliū oī creature. q̄ crediderit ⁊ baptizatus
fuerit ſaluꝰ erit. q̄ vero nō crediderit ꝯdēnabit̄ Sacramētū
āt ꝯfirmatōis inſtituit qn̄ īpoſuit manꝰ ſuꝑ capita pu̇uloꝝ. ⁊
apl'is ꝓhibētibꝫ dixit Sinite pu̇ulos venire ad me Licȝ aliq̄
doctores dicāt ꝙ ſacramētū ꝯfirmatōis inſtituit in die pēthe
coſtes qn̄ miſit viſibiliter ſpm̄ſcm̄ ſuꝑ apl'os. Primū tn̄ repu
to verius ¶ Sacramētū āt euchariſtie inſtituit in die cene qn̄
poſt ꝯmeſtionē agni paſcalis panē et vinū in ſuū corpꝰ ⁊ ſan
guinē ſua ineffabili ꝑtāte ꝯuertit dicēs. Accipite et ꝯmedite
hoc ē corpus meū. Et ſumpto calice dixit Bibite ex hoc oēs
hic ē calix ſanguinis mei ¶ Sacramētū āt penitētie inſtituit
qn̄ exordiū ſue ſaluberrime p̄dicatōis aſſumpſit dicēs. Peni
tētiā agite appropinquabit em̄ regnū celoꝝ. Vt aūt eēnt pctā
ſacerdotibꝫ ꝯfitēda figuratiue inſtituit. qn̄ decē leproſis ab
eo mūdatis p̄cepit dicēs. Lu. xvij. Ite oſtēdite vos ſacerdo
tibꝫ. Licet em̄ teſte propheta Ezeche. xviij. qui dicit in per-
ſona dei Quacunqꝫ hora ingemuerit peccator omniū iniqui
tatum eius non recordabor. Licet peccata in contritione di

mittant᷑.tñ pctã ſt ꝫ nihilominꝰ ſacerdotibꝫ ꝯfitẽda ſi poſſibili
tas occurrat. Sacr̃m ordinis inſtituit qñ in die cene poſtq̃ꝫ
cõicauit aplos dixitqꝫ eis. H̄ facite in meã ꝯmemoratõez. Tũc
eñ ſ̃m doc. oẽs aplos in p̃ſbiteros ordiauit. Sacr̃m ṗo or/
dinis xp̃s inſtituit ſeptupl'r ſ̃m ꝙ ſeptẽ ſtꝫ ordines. q̃tuor nõ
ſtꝫ ſacri ⁊ miores. vt hoſtiariatꝰ. lectoratꝰ. exorciſtatꝰ. ⁊ aco
litatꝰ. Et tres ſacri ⁊ maiores. vt ſubdiaconatꝰ. diaconatus.
et p̃ſbiteratꝰ. q̄ oẽs dicunt᷑ vnũ ſacramẽtũ. qꝛ ad vnũ puta p̃ſ
biteratũ ṗncipalit' ordinãt᷑ Ordinẽ hoſtiariatꝰ inſtituit qñ fe
cit flagellũ de funicul'. ⁊ eiecit de tẽplo vẽdẽtes ⁊ emẽtes Or
dinẽ lectoratꝰ inſtituit qñ legẽdo ṽba Iſaie p̃dicauit dicens
Spũs dñi ſup me. eo ꝙ vnxit me. paupibꝫ euãgelizare miſit
me ⁊c̃. Ordinẽ exorciſtatꝰ inſtituit qñ demões ab hõibꝫ ob/
ſeſſis eijci p̃cepit Ordinẽ acolitatꝰ inſtituit qñ p̃dicãdo dixit
Ego ſum lux mũdi. Ordinẽ ãt ſubdiaconatꝰ inſtituit qñ pꝰ
cenã pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ lauit Ordinẽ diaconatus velut
leuita vigilare monuit. Ordinẽ p̃ſbiteratꝰ inſtituit qñ diſci/
pul' ſuis corpꝰ ⁊ ſanguinẽ p̃buit ſumẽdũ dicẽs Hec q̃tienſcũ
qꝫ feceritis in mei mẽoriã faciatis Dũqꝫ patri corpꝰ ⁊ ſangui
nẽ ſuũ in ara crucis ſemetip̃m hoſtiã obtulit ⁊c̃. Sacramẽ/
tũ aũt extreme vnctõis iſtituit qñ aplos miſit vngere ĩfirmos
et ſanare Vñ illud q̃d dicũt aliq̃ doctores. ſ. ꝙ b. Iaco. inſti
tuit iſtõ ſacramentũ qñ dixit in canonica ſua Infirmat᷑ q̃s ex
vob inducat p̃ſbiteros eccl'ie ⁊ orẽt ſup eũ vngẽtes eũ oleo in
noĩe dñi Salua eoꝝ reuerẽtia nõ reputo verũ ꝑpter rõem in
ṗncipipio huiꝰ capl'i dictã Credo eĩ ꝙ illõ dcm̃. b. Iaco. nõ
fuit inſtitutio ſacri ſꝫ ꝓmulgatio. vñ. b. Iaco. nõ fuit iſtitutor
huiꝰ ſacri ſꝫ ſolũ ꝓmulgator De ſacro ãt mrĩmonij qñ fuerit
inſtitutũ ⁊ vtꝝ fuerit inſtitutũ a xp̃o incarnato ẽ dubiũ cũ ma
trimoniũ fuerit ĩſtitutũ in ſtatu innocẽtie. ⁊ fuit in tp̃e q̃d fuit
añ incarnatõez ſicut ⁊ poſt incarnatõez Et iõ ad hmõi dubita
tionis ſolutõez ſciendũ ẽ. ꝙ mrĩmoniũ p̃t tribꝫ modis ꝯſide/
rari. Vno mõ ꝓut ẽ officiũ nature. Alio mõ ꝓut ẽ remediuꝫ
carnalis ꝯcupiſcẽtie Tercio mõ ꝓut eſt ſignũ alicuius rei. ſ.
cõiunctionis chriſti ⁊ eccl'ie. q̃ã ſignificat ꝯiunctio animoꝝ
viri et vxoris. et coniunctionis nature humane et diuine in

ꝑſonā filij dei. quā ꝑficat ꝯiunctio corpoꝝ. Mrimoniū ṗmo et
ſcđo modis ꝯſideratū nō eſt ſacrm̄. put h̄ loq̄mur de mrimo/
nij ſacro. Tercio mō ꝯſideratū ē mrimoniū ſacrm̄. ⁊ ſic fuit in
ſtitutū a xp̄o qn̄ in vtero ꝟginis voluit nr̄am naturā diuine na
ture vnire in vnitatē ſui ſuppoſiti ſeu ꝑſone. quā vnionē ꝑficat
mrīmoniuꝫ. Sicut em̄ in actu mrīmoniali vir ⁊ vxoꝛ ſtꝫ duo
in carne vna. ſic due nature. ſ. hūana ⁊ diuina ſtꝫ in ꝑſona vna
vicꝫ in ꝑſona filij. Et iſtud ſufficiat de inſtitutōe ſacramētoꝝ

## ¶ De efficacia ⁊ ꝟtute ſacramētoꝝ in generali Ca. ij.

De efficacia ⁊ ꝟtute ſacramētoꝝ ſciendū ē q̄ ꝟtus ſacra/
mētoꝝ in generali. qꝛ poſtea dicet̄ de ꝟtute cuiuſlibet in
ſpēali ꝯſiſtit in duobꝫ. ſ. in auferēdo culpā ⁊ ꝯferēdo gratiam
Omne em̄ ſacramētū noue legis niſi ſit obex. i. impedimētū ex
ꝑte recipiētis aufert culpā ſi inuenit eā. ⁊ ꝯfert vel auget grāꝫ
Et ꝑ hoc dr̄ūt ſacramēta noue legis a ſacramētis antiq̄ legis
qꝛ ſacramēta veteris legis ſacramēto circūciſiōis excepto q̄ꝫ/
tū erat ex ꝑte opis opati nullā virtutē habebāt q̄ꝫtū ad ablu/
tionē culpe ⁊ collatōem grē. ſꝫ totā ꝟtutē ⁊ efficaciā habebāt
ex ꝑte opis opantis. Sacramēta āt noue legis nō ſolū hn̄t ef
ficaciā ex ꝑte opis opati. imo etiā ex ꝑte opis opantis Opus
operās vocat̄ deuotio ſuſcipiētis ſacramētū Opus opatum
vocat̄ opus exercitatū circa ſacramēta. Sic opus opatū in
baptiſmo eſt aſpſio vel īmerſio aq̄ ⁊ ꝓlatio ꝟboꝝ. Et q̄ ſacra
mēta noue legis q̄ꝫtū ē ex ꝑte opis opantis ꝯferūt grām ⁊ ſtꝫ
cā grē. pꝫ ꝑ definitōeꝫ ſacri poſitā a mḡro ſniaꝝ. i. iiij. li. di. i.
q̄ tal' ē Sacrm̄ ē inuiſibil' grē viſibil' forma. vt eius ſilitudinē
gerat et cā exiſtat Utꝝ autē ſit grē cā ſine qua nō aut propter
quā indigeret ſtudio maioris ꝯſideratōis q̄ꝫ ꝑtineat ad pn̄s
opuſculū. ⁊ ideo relinquo ¶ Eſt et alia virtus ſacramentoꝝ
noue legis. quia quedam eoꝝ imꝑmunt caracterē in ſuſcipiē
tibus ea ſicut baptiſmus. ꝯfirmatio. et ordo. Et eſt caracter
quedā poteſtas ſpēalis ꝑ quā ſuſcipiens ſacramentū p̄t aliq̄d
facere vel recipe. quod nō poterat an̄ Sicut baptizatus p̄t re
cipere alia ſacramēta eccl'ie. quod non poteſt facere non bap
tizatus Et ordinatus poteſt exercere officiuꝫ ſui ordinis q̄d
nō p̄t facere nō ordinatus. Et confirmatus tenetur audacter

ꝯfiteri fidē xpi tpe pſecutōis fidei. ad qđ nō tenet nō ꝯfirma-
tus niſi forte in ſpeciali inquireret de fide. Alia aūt ſacramē
ta ſcꝫ eucharistia. extrema vnctio. ꝛ matrimoniū nō imprimūt
caracterē. ꝛ pñt multotiēs iterari. Sic homo pōt multotiēs
cōmunicare ꝛ multotiēs cōfiteri. ꝛ multotiēs inungi. ꝛ mor-
tua vna vxore cū alia ꝯhere. Sed ſacramēta q̄ imprimūt cara
cterē nō poſſunt nec debēt iterari. Sic nullus debet bis bap
tizari vel ꝯfirmari. vł eodē ordine ordinari. Et eſt rō. qꝛ virtꝰ
eoꝝ ſp manet. ſ. caracter qui eſt indelibilis. Et iſtud ſufficiat
de virtute ꝛ efficacia ſacramentorum in generali.

## De numero ſacramentorum. Ca. iii.

QUantū aūt ad numeꝝ ſacramētoꝝ ſciēdū eſt ꝙ ſeptem
ſūt ſacra. ſ. baptiſmꝰ. ꝯfirmatio, eucharistia. pnīa. extre
ma vnctio. ordo. ꝛ matrimoniū. Diſtinctio ꝛ ſufficiētia horū
ſacroꝝ dat a quibuſdā doctoribꝰ talis. Sic eſt in vita corpa
li ſic ſuo modo dꝫ eſſe in vita ſpūali. In vita aūt corpali ſic
videmꝰ ꝙ pmo generat homo. ſcđo auget. tercio nutrit. q̄r
to venit ad tantā pfectōꝫ vtutꝭ ꝙ pōt ſibi ſilēꝫ generare. ꝛ ſic
genus hūanū mltiplicat. Et qꝛ ſanitas hoīs pōt impediri p
infirmitatē. iō homo indiget medicina duplici. vna ꝯ infirmi
tatē. alia ꝯ reliq̄as infirmitatis. Et ſicut in vita corpali quin
q̄ ſunt neceſſaria. ſ. generatio. augmētum. nutrimentū. mul
tiplicatio. ꝛ medicina. ſic in vita ſpirituali qualis eſt vita fide
lium viuentū in fide ꝛ vnitate eccleſie ſunt quinq̄ꝫ neceſſaria
ſcꝫ ſpūalis generatio q̄ fit in baptiſmo p quā homo regenerat
xpo. Spūale augmentū qđ fit in ꝯfirmatiōe in q̄ gratia bap
tiſmal auget. Spūale nutrimentū qđ dat in eucharistia que
eſt cibꝰ ſpūalis aīe Et quia fideles indigēt multiplicari ſpiri
tualiter ꝛ corpaliter. q̄ꝫtū ad multiplicatōꝫ ſpiritualem acci-
pit ſacramentū ordinis. per qđ miniſtri eccleſie mltiplicātur
Quātū ad multiplicatōēꝫ corporalem accipit ſacramentum
matrimonij. qđ ordinat ad mltiplicatōꝫ fideliū. Spūalis me
dicina eſt ſacramentū penitētie cōtra ſpūaleꝫ infirmitatem q̄
eſt peccatū. Contra reliquias peccatoꝝ eſt extrema vnctio.
Et ſic patet numerus ꝛ ſufficientia ſeptem ſacramentoꝝ. Et
iſta ſufficiant de ſacramentis in generali.

¶ Tractatus ſecundus prime partis de baptiſmo. Et habꝫ octo capitula.

Nunc dicenduꝫ eſt de ſacramentis in ſpeciali. Et primo de baptiſmo. Circa quod conſideranda ſunt octo: Primo quid ē baptiſmus. Sc͞do de materia euiſdeꝫ. Tercio de forma. Quarto ꝺ miniſtro baptiſmi Quinto ꝺ ſuſcipiētibꝰ baptiſmū Sexto de ritu baptiſmi. Septimo de effectu baptiſmi. Octauo de annexis baptiſmo.

¶ Quid eſt baptiſmus ⁊ vnde dicatur. Cap. i.

Baptiſmus eſt ablutio corpis exterior cū pſcripta. i. taxata forma verboꝝ fc̄a. ita tñ ꝙ illa ablutio materialis q̄ fit exteriꝰ in corpe eſt ſignū ablutōis ſpūalis quā deus facit interiꝰ in mēte. Et dicit̾ baptiſmꝰ a baptizo as. qꝺ idē ē qꝺ abluo is. Vñ baptiſmꝰ grece idē eſt ꝙ ablutio latine.

¶ De materia baptiſmi. Cap. ij.

Materia baptiſmi eſt aq̄ ſimplex elemētalis. Qꝺ aūt iſta aqua ſit ꝓpria materia baptiſmi tota rō eſt ex iſtitutōe xp̄i q̄ inſtituit baptiſmū fieri ī aq̄ elemētali. Si eñ iſtituiſſet baptiſmū fieri in vino vl' in aliq̄ alio liquore. vinū vl' ille alius liquor eēt ꝓ̄pia ma̾ia baptiſmi. Aliq̄ tñ ꝯgruētie aſſignāt̾ a doctoribꝰ q̄re xp̄s iſtituit baptiſmū mag̾ fieri in aq̄ q̄ꝫ in aliq̄ alio liquore. Quaꝝ vna eſt. qꝛ ſc̄m maxie neceſſitatis dꝫ h̄re materiā maxie cōeꝫ. ne ꝓpt̾ defectū materie aliq̄s impediret̾ a ſuſceptōe t'lis ſacr̄i. ſꝫ baptiſmꝰ eſt ſc̄m maxie neceſſitatꝭ. qꝛ ſine baptiſmo nullꝰ pōt ſaluari. iō ne vllꝰ poſſꝫ ſe excuſare a ſuſceptōe baptiſmi ꝓpt̾ defectū materie vl' cariſtiā eiꝰ baptiſmꝰ dꝫ h̄re materiā maxie cōeꝫ. tal' aūt materia eſt aq̄. q̄ inuenit̾ in q̄libꝫ terra ⁊ de facili pōt haberi. Poſſꝫ ſe aliq̄s excuſare ſi materia baptiſmi eſſet vinū vl' oleū vl' lac vl' aliꝰ liquor ꝓcioſior q̄ nō inueniret̾ in omī terra. nec poſſꝫ ita q̄libꝫ de facili h̄re. Alia ꝯgruētia ſiue rō q̄re aqua ē ꝓpria materia baptiſmi aſſignat̾ a doctoribꝰ talis. qꝛ ꝓ̄petas aq̄ maxie eſt ꝯueniēs baptiſmo Eſt eñ aqua mūdificatiua ſordiū. refrigeratiua eſtuātiū. pura. i. lucida ocul' intuētiū. Silr baptiſmꝰ

mundat ſordes aīe. iō vocaꝛ baptiſmꝰ. qꝛ baptiſmꝰ grece idē
eſt ꝙ lotio latine. Vñ baptizare idē eſt ꝙ lauare. Baptiſmꝰ
eñi refrigerat eſtū carnal' ꝯcupiſcētie. illūiat oculos mēt' re
ſpectu diuine noticie. Arguūt ḡ doctores ſic. Illud eſt ꝓꝓa
materia baptiſmi cuiꝰ ꝓprietas maxīe ꝯuenit baptiſmo. ſed
aq̄ ⁊c. ḡ aq̄ eſt ꝓꝓa materia baptiſmi. Utꝝ aūt aq̄ ſit bñdicta
vl' nō nihil facit ad baptiſmū. qꝛ ita bñ pōt fieri baptiſmꝰ in
aq̄ ñ bñdicta ſicͨ in aq̄ bñdicta. Sꝫ aq̄ baptiſmal' in eccl'ia bñ-
dicit ꝓpt' ſolēnitatē ⁊ maiorē reuerētiā ad baptiſmū. Ex etiaꝫ
aq̄ ſit calida vl' frigida nihil ad baptiſmū. ſꝫ ſp̄ vitādū eſt ꝑicu-
lū baptizādi. ¶ Sꝫ nūq̄d in aq̄ roſeacea vl' in aq̄ ardēte vl' in
alijs aquis diſtillat' poſſꝫ fieri baptiſmꝰ ſi aq̄ elemētal' inue-
niri nō poſſꝫ. Dicēdū eſt ꝙ ñ. qꝛ tales aq̄ ñ ſūt ꝓprie aq̄ ſꝫ hu-
mores illoꝝ corpum a q̄bꝫ diſtillāꝛ. In lixiuio āt ſi aq̄ ñ poſ-
ſit inueniri poſſꝫ fieri baptiſmꝰ. cū lixiuiū nihil aliꝺ ſit niſi aq̄
colata ꝑ cineres. Et ꝓpt' eādē rōēꝫ dicūt aliqui doctores ꝙ
in vrina ꝓpt' defectū aq̄ poſſꝫ baptizari. qꝺ tñ nō credo eē ve-
rū. qꝛ vrina nō eſt aq̄ ſꝫ humor reſolutꝰ a cib' ꝯmeſt'. Et ideꝫ
dico de ſaliua. i. c. Nō vt apponeres. de bap. ¶ Sꝫ nonne in
brodio carniū poſſꝫ fieri baptiſmꝰ vbi aliq̄ alia aq̄ nō poſſꝫ ī-
ueniri. Dicēdū eſt. qꝛ aut tāta reſolutio carniū eſt facta ī bro-
dio illo ꝙ deſinit ibi eē ꝑor ſpēs aq̄. ⁊ ē alia ſpēs de nouo ge-
nerata. ⁊ tūc nō p̄t ibi fieri baptiſmꝰ. aut nō eſt ibi tāta reſolu-
tio facta carniū. ⁊ tūc fieri p̄t. ⁊ in tali brodio baptizari. Qñ āt
tal' reſolutio ſit facta aut qñ nō. p̄t ꝑpēdi in ſpiſſitudīe. Si aūt
ſit tāta ſpiſſitudo illiꝰ brodij q̄nta eſt in cutico vl' aliq̄ntulūꝫ
minor nō credo ꝙ poſſit in illo brodio baptizari. Si aūt non
ſit ſpiſſitudo ſꝫ brodiū ſit aliq̄ntulū pīgue. credo ꝙ tūc in illo
brodio poſſꝫ baptizari. Et idē dico de luto. ſ. ſi aq̄ exꝓmaꝛ ex
illo luto. in illa aq̄ exꝓſſa p̄t fieri baptiſmꝰ. Si nix etiā liq̄fie-
ret in illa aq̄ liq̄facta a niue poſſꝫ baptizari. Solet āt ab ali-
q̄bꝫ tal' q̄ſtio fieri. ſi eſſꝫ vnꝰ puer baptizādꝰ iuxta vnū puteū
profundū. ⁊ ille qui deberet puerū baptizari nō haberet cū q̄
extraheret aquā de puteo. nec poſſet aliunde aquā habere ⁊
puer eſſet in ꝑiculo mortis. nūquit debet puerū ꝓijcere ad
puteū dicēdo. Baptizo te in nōie patr' ⁊ filij ⁊ ſpūſſci. Dicen

dum est q nõ. qꝛ ſm qd dicit btũs paulꝰ. Nõ ſũt faciẽda ma
la vt eueniãt bona. Lȝ ergo ex h iſtud bonũ eueniret q aĩa iſtiꝰ
pueri ſaluaret. tñ ille q pijceret iſtũ pueꝝ faceret iſtd malũ q
peccaret mortalit ⁊ ſic q̃ʒtũ in ſe eſſʒ dãnaret aĩaʒ ſuã. ⁊ q̃libet
ex ordine caritatꝭ tenet plꝰ diligere aĩaʒ ſuã q̃ȝ aĩaʒ cuiuſcũqȝ
alteriꝰ. Et ſi dicat q talis poſſet ↄteri ⁊ cõfiteri de iſto pec
cato. ⁊ ſic nõ dãnaret aĩa ſua. Dicendũ q iſtd eſt fatuũ dicere
qꝛ nullꝰ certꝰ eſt de vita ſua. vñ iſte nõ eſt certꝰ an ſtati poſt
q̃ȝ piecerit pueꝝ vl' etiã i ip̃o actu piectõis moriat. Vñ hẽe
talẽ ſpem ẽ ppe tẽptare deũ. qꝛ certũ eſt q talis ſi pijciat pu
erũ peccat mortalit. icertũ ẽ aũt ſi deus det ſibi ſpaciũ ↄfitẽ
di. Quare ſciendũ eſt ſm conſiliũ bti Aug. dicẽtꝭ. Tene cer
tũ ⁊ dimitte incertũ. de. pe. di. vij. c. ij. vt habitũ eſt loco ſuo

¶ De forma baptiſmi Ca. iij.

Circa formã baptiſmi ſciẽdũ eſt q alia forma vtũt gre-
ci in baptizãdo. ⁊ alia forma vtunt latini. Naȝ greci vtũ
tur tali forma. Baptizet ſeruꝰ xp̃i tal' in noĩe pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſcĩ amẽ. Latini ãt vtunt tli forma. Baptizo te in noĩe pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcĩ. amẽ. Et q̃ʒuis ex vtraqȝ forma ſeq̃t bap-
tiſmꝰ. nã greci ita bñ baptiſati ſũt ſic latini. qd patȝ. qꝛ qñ re-
deũt ad vnitatẽ fidei eccl'ie romane nõ baptizant. tamẽ forma
latinoꝝ ↄueniẽtioꝛ eſt q̃ȝ grecoꝝ. qd ptȝ quo ad nũc ex duo-
bus. Primo. qꝛ illa forma baptiſmi ↄueniẽtioꝛ eſt q̃ magꝭ cõ
cordat cũ vbis xp̃i inſtituentꝭ baptiſmũ. ſȝ xp̃s inſtituẽs bap
tiſmũ dixit ap̃lis vt recitat btũs Matheꝰ in euãgelio ſuo vl.
ca. Ite docete oẽs gẽtes baptizãtes eos in noĩe patris ⁊ filij
⁊ ſpũſſcĩ. Et cũ iſtꝭ vbis magꝭ ↄcordat vbũ iſtud baptizo. q̃ȝ
h vbũ baptizet. qꝛ h vbũ baptizo eſt actiuũ. ⁊ iſtud vbũ bap
tizet eſt paſſiuũ. ⁊ iſtud pticipiũ baptizãtes deſcendit ab acti
uo ⁊ nõ a paſſiuo. quare ↄuenientioꝛ eſt forma latinoꝝ q̃ di-
cit baptizo: q̃ȝ forma grecoꝝ que dicit baptizet. Secũdo po
teſt idẽ patere ſic. Illa forma eſt cõueniẽtioꝛ forma baptiſmi
in qua ⁊ p quã magis exp̃imunt ea que ſunt neceſſaria in bap
tiſmo. ſȝ talis eſt forma latinoꝝ p ↄpatõẽ ad formã grecoꝝ. qꝛ
in baptiſmo eſt neceſſaria vtꝰ dei cõferentꝭ efficaciã baptiſ-
mi. ⁊ iſtud tãgit i vtraqȝ forma cũ dicit in noĩe patris ⁊ filij et

ſpiritusſancti. Eſt etiã ibi neceſſaria perſona ſuſcipientis bap
tiſmũ: ꝛ iſta exꝑmitur in forma grecoꝝ. cũ dr̄ ſeru9 xp̄i talis. In
forma aũt latinoꝝ. exꝑmitur cũ dr̄ te: Etiã eſt ibi neceſſaria pſo
na miniſtri baptizantis. q̄ nõ exprimitur ad min9 explicite in for/
ma grecoꝝ. In forma aũt latinoꝝ exprimitur explicite cũ dr̄. ba
ptizo. quare ꝯuenientior eſt forma latinoꝝ q̄ȝ grecoꝝ. Veri/
ſimile em̄ eſt q forma qua vtitur romana eccleſia. q̄ diſponẽte
dño oim eccleſiaꝝ caput eſt ꝛ magiſtra. extra de bap. ꝛ ei9 ef/
fec. c. maiores. ſit ꝯueniẽtior q̄cunqȝ alia Eſt ḡ debita forma
baptiſmi. Baptizo te in noĩe patris ꝛ filij ꝛ ſp̄ũſſancti Amẽ.
¶ Qḋ aũt noĩatur perſona baptizãda vl' q ponatur ibi ego ꝛ no/
mẽ dicẽdo. Petre vel maria. ego baptizo te ꝛc̄. nõ ſunt de eẽ
forme. qm̄ ſine ipſis poſſet fieri baptiſm9. tñ debẽt poni ĩ for
ma ꝑpt maiorẽ expreſſionẽ. nõ em̄ eſt neceſſariũ q exꝑſſe po
natur. Iſta aũt forma põt ꝑferri in latino vel in quocũqȝ alio
ideomate. ¶ Utrũ aũt poſſet aliq̄d immutari circa iſtam for
mã Sciẽdũ eſt q ille qui immutaret aliq̄d circa iſtã formam
aut intẽdit mutare ritũ eccleſie. ꝛ ſic nõ eſſet baptiſm9. aut in
tẽderet illud facere qḋ facit eccl'ia. ſȝ ex ignorãtia vl' inaduertẽ
tia aliquid circa iſtã formã mutaret. Et tũc circa hoc ſciẽdũ ẽ
q talis mutatio poteſt fieri quinqȝ modis. Uno mõ totaliter
mutãdo ꝟba ipſius forme. ꝛ tũc nõ fit baptiſm9 ex tali forma
ſicut ſi diceretur baptizo te in noĩe genitoris ꝛ geniti ꝛ ꝓcedẽtis
ab vtroqȝ. Licȝ em̄ ex cõi vſu loquẽdi genitor ſignificet patrẽ. ꝛ ge
nitus ſignificet filiũ. ꝛ ꝓcedẽs ab vtroqȝ ſignificet ſpm̄ ſanctũ. Tñ
ꝓꝓe loquẽdo in diuinis genitor ꝛ genitus ꝛ ꝓcedẽs expreſſi9
ſignificãt act9 notionales q̄ȝ ipſas pſonas. in forma aũt ba
ptiſmi debet fieri mẽtio expreſſa de pſonis. Alio modo põt fi
eri mutatio circa formã baptiſmi trãſponẽdo verba ip̄i9 for/
me ſicut ſi diceretur ſic. Baptiſo te ego in noĩe patris ꝛ filij ꝛ ſpi
ritusſancti amẽ. vel quocũqȝ alio modo tranſponẽdo Et tũc
manet idẽ ſenſus ꝟboꝝ ex tali mutatione nõ impediretur bap/
tiſmus. Alio modo poteſt fieri mutatio circa ip̄am formã ba
ptiſmi addẽdo aliquid ad ip̄am formã. Et tũc aut talis addi
tio corrũpit ſenſũ verboꝝ forme. ſicut mutabat formã arrius
dicẽdo ſic. Baptizo te in noĩe patris maioris. ꝛ filij minoris

ꝛ ſpiritusſancti. Talis additio corrumpit ſenſum verborum forme cum tollat equalitatem pſonarū. ꝛ ſic nō fit baptiſmꝰ Aut talis additio non corrumpit ſenſum ꝟboꝝ forme. immo nō obſtante tali additione adhuc manet idē ſenſus ꝟboꝝ. Et tūc ſi ille qui addit aliq̈d intendit mutare formā eccl'ie nihil facit. cū nō baptizet in fide eccl'ie. Si aūt nō intendit mutare formā eccl'ie ſꝫ ex quadaꝫ fatua deuotōe addat aliquid. vt ſic Baptizo te in noīe patrꝫ ꝛ filij. ꝛ ſpūſſancti. amē. ꝛ beate virginis vt beata virgo adiuuet te. vel aliq̈d aliud tale. tal' additio nō impedit baptiſmū. Alio modo poteſt mutari forma baptiſmi diminuendo de ea aliquid. Et tūc ſi diminuat̄ dictio integra quecūqꝫ ſit illa de omnibꝫ iſtis. Baptizo te in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti. amen. nihil facit. qꝛ omnia iſta verba ſunt de eſſe forme. Si autem nō diminuat̄ dictio integra ſed pars dictionis. tunc aut diminutio talis fit in principio dictionis. ſicut de iſta dictione patris vel quacunqꝫ alia ſubtrahat̄ prima lr̄a vel ſillaba. talis diminutio impedit baptiſmum cū tollat̄ ſenſus verboꝝ. Si autem talis diminutio fiat de fine dictionis. ſic de iſta dictione patris remoueat̄ s. vl' aliquid aliud tale. talis diminutio non impedit baptiſmum cū maneat idem ſenſus verboꝝ. ſic narrat̄ in decretꝫ. de cō. diſt. iiij. c. Retulerunt. ꝙ quidā ſacerdos ignarꝰ lingue latine baptizabat ſub iſta forma verboꝝ. Baptizo te in nomine patria ꝛ filia ꝛ ſpūſ ſancta. amen. Et dicit papa in decreto illo ꝙ vere baptizabat Alio modo poteſt fieri mutatio circa formaꝫ baptiſmi interrumpendo verba ipſius forme. ꝛ tūc ſi ſit tanta interruptio ꝙ ipſa impediat intentionē baptizātꝫ. ſic ſi de mane diceret Ego baptizo te. ꝛ poſtea iret ad expediendū negocia ſua. ꝛ qn̄ rediret diceret. in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti. amē. nihil faceret. Si autem non ſit tanta interruptio ꝙ impediat intētionem baptizantis. ſicut ſi diceret Baptizo te in nomine patris. Et hoc dicto dicat aſtantibus. tacete vel orate. vel aliquid tale. ꝛ poſtea perficeret. ex hoc nō impediret̄ baptiſmus

De miniſtro baptiſmi.
Capitulum. iiij.

# De baptiſmo

MIniſter baptiſmi eſt duplex. Unus extra caſum ne/
ceſſitatis. ⁊ iſte eſt ſolus ſacerdos: qꝛ ad ſolum ſacer/
dotem extra caſum neceſſitatis pertinet baptizare.
Cuius ratio aſſignatur a doctoribus talis. Ille eſt proprius
⁊ miniſter ordinarius ſacramentorum qui habet poteſtatem
ſuper corpus chriſti verum. ſed ſacerdos ſolus eſt talis: ergo
ſolus ſacerdos eſt proprius ⁊ ordinarius miniſter ſacramēto
rum. Qꝫ aūt ad illum ꝑtineat miniſtratio ſeu diſpenſatio ſa/
cramentoꝝ qui hꝫ poteſtatē ſuper corpus chriſti veruꝫ ꝓbat
ſic. qꝛ ad illum pertinet ordinatio corpis chriſti myſtici qđ eſt
eccl'ia. i. ꝯgregatio fideliū qui hꝫ poteſtatē ſuꝑ corpus chriſti
veꝝ. ſꝫ diſpenſatio ſacramentoꝝ ꝑtinet ad ordinationem cor/
poris chriſti myſtici. ğ diſpenſare ſacramenta ꝑtinet ad illuꝫ
qui hꝫ poteſtatē ſuꝑ corpus chriſti veꝝ. ſꝫ talis eſt ſolus ſacer
dos quare ad ſolū ſacerdotem pertinet diſpenſare ⁊ miniſtra
re ſacramenta: Alius eſt miniſter baptiſmi in caſu neceſſitatꝭ
⁊ iſte poteſt eſſe tā vir q̄ꝫ mulier. tam fidelis q̄ꝫ infidelis. Hoc
eni̅ intereſt inter baptiſmū ⁊ alia ſacramenta ꝙ miniſter bap
tiſmi poteſt eſſe alius q̄ꝫ ſacerdos. nō aūt miniſter aliorum ſa
cramentoꝝ. Et ratio iſtius eſt. quia baptiſmus eſt ſacramen/
tum maxime neceſſitatis. nō autē alia ſacramenta. qꝛ ſine bap
tiſmo nullus poteſt eſſe ſaluus. nulla eni̅ ſine baptiſmo ſalus
eſt. Sine autem alijs ſacramentis ſaluantur multi. Argu/
unt ergo doctores ſic. Illud ſacramentum quod eſt tāte ne
ceſſitatis ꝙ ſine eius ſuſceptione nullus ſaluari poteſt debet
habere miniſtrum ita communem ꝙ ꝓpter defectum mini/
ſtri nullus ab ipſius ſuſceptione excuſetur. ſed ſacramentuꝫ
baptiſmi eſt tante neceſſitatis ꝙ ſine eius ſuſceptione nullus
ſaluari poteſt. dicente chriſto ſaluatore noſtro. in Joh. ca. iij.
Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto non poteſt
introire in regnum dei. Ideo ſacramentum baptiſmi debet
habere miniſtrum ita communem ꝙ nemo propter defectuꝫ
miniſtri excuſetur a ſuſceptione baptiſmi. Et idcirco in ca/
ſu neceſſitatꝭ tā vir q̄ꝫ mulier. tā fidel' q̄ꝫ infidel'. ſic. iudeꝰ. pa
ganꝰ. hereticꝰ baptizare p̄t dūmō baptiſꝫ in aq̄. ⁊ debite ꝓfe
rat ꝟba forme baptiſmi. ⁊ habeat itētiōeꝫ faciēdi illđ qđ facit

ecclesia Licet infidelis nõ crederet illud valere. ita tamen ꝙ
ſemper deferendum eſt ceteris paribus digniori. Unde in
fidelis in preſentia fidelis non debet baptizare. mulier etiam
in preſẽtia viri nõ debet baptiſare. nõ ꝓmotus etiã ad ſacros
ordines in preſẽtia ꝓmoti. Laicꝰ etiã in pñtia clerici tonſura
ti nõ debet baptizare. Et rõ iſtoꝝ eſt. qꝛ ille qui baptiſat in ꝑ/
ſona xp̄i baptizat. ⁊ repreſẽtat eiꝰ ꝑſonã q̃ ꝑfectiꝰ repreſentat᷑
ꝑ fidelẽ q̃ꝫ ꝑ infidelẽ. ꝑ virũ q̃ꝫ per mulierẽ. ꝑ ꝓmotũ q̃ꝫ ꝑ nõ
ꝓmotũ. ⁊ ꝑ tonſuratũ q̃ꝫ per nõ tõſuratũ. Sciẽdũ ẽ tñ ꝙ in il/
lo q̇ baptizat requirit᷑ intẽtio baptizãdi. ſ. faciẽdi illud qđ intẽ
dit ſeu facit eccl'ia aliter nõ eſſꝫ baptiſmꝰ q̃ꝫuis alia neceſſaria
ad baptiſmũ ſint ibi. Nõ aũt requirit᷑ talis itẽtio ꝙ batipzãs
intendat baptiſmum valere baptizato ad vitam eternam. im/
mo cum intentione contraria. ſ. cum intentione ꝙ baptiſmꝰ
nihil valet Sufficit enĩ ꝙ baptizans in tendit facere illud qđ
facit eccleſia quodcunqꝫ ſit illud ⁊ valet baptiſmus. Et nun/
quid ſi aliquis minus vel quicunqꝫ alius ludendo aſpergit
aquam ſuper aliquos non baptizatos dicendo Baptizo vos
in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti amen. tales erunt bap
tizati. Dicẽdum ẽ ꝙ talis aut intendit baptizare intendendo
facere quod facit eccleſia. licet de hoc faciat trufas ⁊ deriſiões
ſuas. Et tunc talis q̃ꝫuis grauiter peccet faciendo irreueren
tiam ſacramento. tñ vere confert baptiſmum. Si autem nõ
intendat in mente ſua facere quod facit eccleſia nihil facit.
Nunquid etiam in caſu neceſſitatis aliquis poteſt baptizare
ſeipſum. Dicendum eſt ꝙ ille caſus ponitur in quadam de/
cretali incipiente Debitum. extra de bap. ⁊ eius effec. vbi nar
ratur de quodam iudeo qui propter iudeoꝝ metus non erat
auſus vocare aliquem fidelem. ſed accipiens aquã dixit. Ba
ptiſo me in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti amen. Et ad
huius euidentiam notandum eſt ꝙ triplex eſt baptiſmus. ſcꝫ
fluminis. flaminis ⁊ ſanguinis. Fluminis ſcꝫ qñ aliquis ba/
ptizatur in flumine ſiue in aqua. ⁊ iſte eſt ſacramentum eccl'ie
Et de iſto loquimur hic. Et loquendo de tali baptiſmo nul
lus poteſt baptizare ſeipſum. Et ratio reddit᷑ a papa in illa de
cretali quia baptiſmus eſt quedam generatio ſpiritualis Et

ideo ſicut ſeipſum nullus poteſt generare corporaliter dicen
te beato Aug. in libro de trinitate. Nullus gignit ſeipſum
corporaliter. ita nullus ſeip̄m poteſt generare ſpūaliter. bap/
ptizando vicȝ ſeip̄m. Et eſt alius baptiſmus. ſ. flamminis qn̄
ſpūſſanctus mundat ⁊ abluit aīaȝ alicuius inuiſibiliter a pec
cato Et tali baptiſmo poteſt aliquis baptizare ſeip̄m diſpo/
nendo ſeip̄m ad gratiam dei. ⁊ ſic non baptizatus adultus ha
bendo deuotionem ad baptiſmum ⁊ eſſendo in propoſito ꝙ
ſi haberet oportunitatē ſuſciperet ſacramentum baptiſmi: ⁊
ſi moriatur in tali propoſito ſaluatur. nec eſt hoc contra ꝟbuȝ
quod eſt ſupra allegatum. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊
ſpiritu ſctō non poteſt introire in regnum dei. qꝛ intelligendū
eſt renatus ex aqua in paruulis in re. ſed in adultis vel in re vl'
in voto. Et licȝ iſte non ſit regeneratus ex aqua in re. eſt tamē
in voto. Et eſt ali9 baptiſm9. ſ. baptiſm9 ſanguinis. ſ. qn̄ ali
qs nō baptizatus ſuſcipit mortē ꝑ fide chriſti. Et talis baptiſ
mus proficit ad ſalutem dum tamen habeatur baptiſm9 aq̄
in voto. ſi ille qui ſuſtinet mortem eſt adultus. Sicut habet
in legenda beate katherine de illis rethoribus qui ad eius p̄/
dicationem conuerſi fuerunt. quos imperator fecit comburi.
Si autem non ſit adultus non requiritur tale votum. ſȝ ſuf/
ficit mors tolerata pro chriſto. ſicut fuit de innocentib9. Et
tali baptiſmo nullus poteſt ſe baptizare. quia nulli licitum eſt
interficere ſeip̄m pro quacunqȝ cauſa. Nec eſt contra hoc de
Samſone ⁊ Raſia qui interfecerunt ſeip̄os. Quia vt dicit be
atus Hieronimus. Factum eorum non eſt trahendū ad con
ſequentiā. qꝛ priuilegia paucoꝝ non faciunt legem cōmunem
Nunquid etiā in miniſtro baptiſmi requiritur bonitas vite
ſcȝ ꝙ ſit ſine peccato mortali. Dicendum ꝙ iſta queſtio intelli
genda eſt de ſacerdote. qꝛ vt dictū eſt proprius miniſter bap
tiſmi eſt. Ad huius ſolutionē ſciendū eſt ꝙ quantum ad effe
ctum baptiſmi nihil facit bonitas vel malicia miniſtri. qꝛ ſiue
ſit bonus ſiue malus ꝯfert vt dictum eſt verus baptiſm9. Sȝ
q̄ſtum ad miniſtrum vtrum peccet vel nō in baptizando. Di
cendū eſt ergo ꝙ aut ſacerdos baptizat in caſu neceſſitatis ſi
ne ſolēnitate. ſicut faceret vna vetula. ⁊ tūc aliqua nō peccat

moꝛtaliter ſi baptizat exiſtens in peccato moꝛtali. Aut bap/
tiſat extra caſum neceſſitatis ⁊ cum ſolennitate ⁊ tunc peccat
moꝛtaliter ſi baptizat exiſtens in peccato moꝛtali. qꝛ facit irre
uerentiam ſacramento. Uerum eſt ꝙ dominus Durandus
quondam eṗs auicienſis. ⁊ poſtea eṗs Podoenſis in fran/
cia. ⁊ magiſter in theologia celeberrimus. ⁊ inſuper oꝛdinis
pꝛedicatoꝝ. qui fuit doctoꝛ ſacri palacij dicit in quarto ſuo
ſacramentali. qꝛ quomodocunqꝫ ſacerdos exiſtens in pecca/
to moꝛtali baptizet peccat moꝛtaliter. vtrum eius opinio ſit
vera neſcio: tamen ſcio bene ꝙ eſt dura. ¶ Sciendum eſt ꝙ
miniſter baptiſmi debet eſſe vnus. Et ratio aſſignatur com/
muniter a doctoꝛibus. quia baptizās baptizat in ꝑſona chri/
ſti qui eſt vna perſona. Et idcirco perſona baptizātꝭ debet eſ/
ſe vna. vnde plures non poſſunt baptizare vnum. Et ſi dica/
tur ꝙ vnꝰ poſſet baptizare plures dicēdo. Ego baptizo vos
in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. amen. Ergo a ſimili
plures poſſent baptizare vnum dicendo. Nos baptizamus
te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Dicēdū ꝙ nō eſt ſi
mile. quia cum dicitur baptizo vos idem eſt ac ſi diceretur.
baptizo te ⁊ te. quando autem dicimus. nos baptizamus te.
idem eſt ac ſi diceretur. ego ⁊ tu baptizamus. quia differētia
eſt inter nos ⁊ vos. quia nos idem eſt ꝙ ego ⁊ tu. vos autem
idem eſt ꝙ te ⁊ te. Ideo dicendo vos nihil mutatur in foꝛma
ſed dicendo nos mutatur aliquid in foꝛma. ¶ Solet autem
ab aliquibus poni talis caſus. ponatur ꝙ hic ſint duo. quoꝝ
vnus ſit mutus ⁊ alius ſit mancus. ⁊ ſit ibi vnus puer bapti
zandus ⁊ mutus aſpergat eum aqua ⁊ mancus pꝛoferat ver/
ba. queritur vtrum talis puer ſit baptizatus. Dicendum eſt
ꝙ aut iſti baptizant in foꝛma grecoꝝ aut baptizant in foꝛma
latinoꝛum. Si baptizant in foꝛma grecoꝛum: tunc dicunt ali
qui doctoꝛes ꝙ talis puer non eſt baptizatus: quia vt ſupꝛa
dictum eſt baptizans in quacūqꝫ foꝛma baptizet baptizat in
perſona chriſti. vt dicit beatus Joannes baptiſta dicens de
chriſto. Qui me miſit baptizare dixit mihi. ſuper quem vide
ris ſpiritum deſcendentem hic eſt qui baptizat. perſona autē
chriſti eſt vna. Unde Anathaſius. Non duo tamen ſed vnꝰ:

eſt chriſtus. quare oportet ꝙ ille qui baptiʒat ſit vnus in qua
cunqꝫ forma baptiʒet. Alij aūt doctores ſicut Joannes Sco
tus ꝛ ſui ſequaces dicunt ꝙ ſi baptiʒent in forma grecorū ꝙ
eſt vere baptiʒatus. quia vt dicunt. licet ille qui baptiʒat bap
tiʒet in perſona chriſti cuius eſt vna perſona. baptiʒat tamen
in nomine trinitatis in qua ſunt perſone plures. ꝛ ſic non con
trariatur baptiſmo ſm̄ formam grecorum ſi ſunt plures bap/
tiʒantes. Que iſtarum opinionum ſit verior neſcio. ſed meo
iudicio papa eſt conſulendus ſuper hoc. ad quē maiores que
ſtiones potiſſime circa articulos fidei contingentes ſunt re/
ferende. extra de bap. ꝛ eius effect. ca. maiores. Si autem ba
ptiʒent in forma latinorum dicunt communiter quaſi omnes
doctores ꝙ non baptiʒant propter rationem ſupra dictā de
differentia de nos ꝛ vos. que eſt ratio venerabilis doctoris
ſancti Thome de aquino in vltima parte ſumme. Aſſignat
ratio talis a magiſtro Herneo britone. quia in ſacramēto ma
xime veritatis nil debet eſſe falſitatis. ſed baptiſmus eſt ſacra
mentum maxime veritatis. ergo in baptiſmo nil debet eſſe
falſitatis. Sed ſi iſti vterentur forma latinorum qua vtitur
Romana eccleſia ꝛ ſibi adherentes. eſſet in tali baptiſmo fal
ſitas. quia mancus dicendo. ego baptiʒo te. i. abluo te in
nomine patris ꝛc. ipſe mentiretur. quia ipſe non baptiʒat. i. nō
abluit. immo hoc facit mutus. quare manifeſtum eſt ꝙ talis
baptiſmus eſt nullus. Hanc autem rationem conantur ſol/
uere aliqui doctores dicentes. ꝙ ſi ille mancus non diceret
ego baptiʒo. ſed diceret nos baptiʒamus te: ꝛ ſic non diceret
falſum immo verum. quia iſta oratio. nos baptiʒamus te ve/
ra eſt per ſynodochē. Sicut ſi eſſent duo ſcriptores qui ſcrip
ſiſſent vnum librum. ita ꝙ vnus ipſorum ſcripſiſſet medieta/
tem ꝛ alius aliam medietatem. vnus eorum poſſet vere dice
re nos ſcripſimus iſtum librum. A ſimili cum mutus in bap/
tiſmo tali aſpergat ſiue infundat aquam. ꝛ mancus proferat
verba. vterqꝫ poteſt vere dicere. nos baptiſamus te. Hoc au
tem nihil valet. quia ad hoc ꝙ aliqua propoſitio verificetur
per ſynodochen. de duobus oportet. ꝙ ambo fecerint ac/
tum eiuſdem rationis. quia ſi feciſſent diuerſarum tationum

vna propoſitio non poteſt verificari de his. ſicut ſi vnus ra/
ſiſſet pergamenum de quo ſcriptus eſt liber. ⁊ alius ſcripſiſſ3
librum. iſta propoſitio. nos ſcripſimus librū iſtum. nullo mō
poteſt verificari. Sic eſt de iſtis dicendo. Nos baptizamus
te. qꝛ infundere aquam ⁊ proferre verba ſunt actus diuerſa/
rum rationum. ideo nullo modo de eis poteſt dicta ꝑpoſitio
verificari. Et hec ſufficiant de miniſtro baptiſmi.

¶ De ſuſcipientibus baptiſmum. Cap. v

Baptiſmū debent ſuſcipe tā viri q̄3 mulieres. omēs. qꝛ
ſine baptiſmo vł in re vel in voto vt dictu3 eſt ſupra
nullus poteſt ſaluari. Sed aliter eſt de adultis ⁊ ali
ter de paruulis. quia in adulto qui recipit baptiſmū requiri
tur intentio propria ſuſcipiendi illius qđ cōfert eccleſia qꝛ ne
mo ex aqua ⁊ ſpūſancto renaſcitur. niſi volens ſaltem in adul
tis. ⁊ ſue voluntatis arbitris. in ca. Omnis. de con. diſt. iiij.
In paruulo ſufficit fides ⁊ intentio eorum qui eum offerunt
ad baptiſmum. Sed nūquid poteſt aliquis in ventre matris
baptizari ſicut ſit vna mulier pregnans de vno puero. ⁊ par/
turiendo ſit in periculo mortis. nunquid in ventre eius d3 pu
er baptizari. Dicendū ꝙ non. Cuius ratio aſſignatur a do/
ctoribus talis. quia ille qui ſuſcipit baptiſmum debet ſuſcipi
a manibꝰ miniſtri eccleſie ⁊ ſpargi aqua vel immergi in aquā
ſed iſta non poſſunt fieri circa exiſtentē in vtero matris. quare
exiſtens in vtero matris non poteſt nec debet baptizari. vide
ſupra. c. qm̄ in maternis. in principio de con. diſt. iiij. vbi dꝛ
ꝙ ille qui ſm Adam adhuc natus non eſt ſm chriſtum rege/
nerari non poteſt. Et in. c. ſi quicquid eſt in hoīe. Sed ponat
ꝙ aliqua pars pueri appareat extra. nūquid talis puer ſi time
atur de ꝑiculo ita ꝙ nō poſſit expectari ꝙ totaliter naſcat pōt
baptizari. Dicendū ꝙ illa pars que apparet extra aut eſt ca
put aut alia pars corpis. ſi illa pars que appar3 ſit caput. tūc
caput debet aſpergi aqua dicendo. Baptizo te in noīe patris
⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. amen. ⁊ eſt vere baptizatus. ⁊ ſi naſcat po/
ſtea nō debet amplius baptizari. Et rō eſt. qꝛ caput eſt prin/
cipalis pars corpis. ⁊ in eo vigēt omnes ſenſus corpis. Si
aūt illa ps que apparet eſt alia ps q̄3 caput. ſic manus vel pes

# De baptiſmo

tunc dicunt aliqui doctores ꝙ illa pars debet aſpergi aqua ⁊
baptizari. ⁊ eſt vere baptizatus. nec ſi naſcat̃ poſtea amplius
debet baptizari. Et ratio eſt. qꝛ baptiſmus fit ꝓpter animam
non ꝓpter corpus. Anima aũt quantũ ad eſſentiã ſuam eſt to
ta in toto. ⁊ tota in qualibet pte corpis. ⁊ ideo quecũqꝫ ps cor
poris baptizata fuerit tot⁹ eſt baptizat⁹. Alij aũt dicunt ꝙ ta
lis ps debet aſpgi aqua ⁊ baptizari. ſꝫ ſi puer naſcatur poſtea
debet baptizari ſub iſta forma. Si tu es baptizatus ego te nõ
baptizo. ſed ſi tu non es baptizatus ego te baptizo in nomine
patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. amen. Quis iſtorum verius dicat ne
ſcio. ſed tñ credo ꝙ iſtud vltimum ſit ſecurius. ¶ Sed num/
quid ſi aliquis ſit ſanctificatus in vtero matris debet baptiza
ri. Dicendũ eſt ꝙ ſic. non quidem ꝓpter culpam quã habe/
ret. ſed vt aſcriberetur in numero fideliũ in ſuſceptione cara
cteris baptiſmalis. ⁊ vt impleretur p̃ceptũ chriſti de ſuſcepti/
one baptiſmi. ¶ Sed nũquid filij iudeorum paruuli ſunt ba
ptizandi inuitis parentibus. Dicendũ ꝙ aliqui doctores ſic̃
Johannes Scotus ⁊ dominus Durandus epiſcopus auici
enſis ⁊ ſui ſequaces dicunt ꝙ ſic. Dicunt enĩ ꝙ principes et
domini terrarum in quibus habitãt iudei poſſunt eis auffer
re filios ſuos. ⁊ eis inuitis facere eos baptizari cũ iudei ſint
eorũ ſerui. ⁊ ſm leges filij ſeruorum ſunt res dominorũ quo
rum ſunt ſerui. ita ꝙ domini poſſunt eos vendere vel impig
norare. Arguunt igitur ſic. Maius eſt aliquem poſſe obliga
re vel addicare ſeruituti alicuius domini temporalis q̃ꝫ ſer/
uituti dei. cui omnis homo de iure naturali tenetur ſeruire.
ſed domini terrarum in quibus habitant iudei vendere poſ/
ſunt filios iudeorum ⁊ tradere eos alteri domino inuitis pa/
rentibus. ergo poſſunt eos parentibus inuitis tradere ſerui
tuti chriſti. quod fit ꝑ ſuſceptionem baptiſmi. Alij vero do/
ctores ſicut beatus Thomas de aquino ⁊ ſui ſequaces. dicũt
ꝙ filij iudeorum ꝑuuli non ſunt inuitis parentibus baptizã/
di. ⁊ hoc ꝓpter periculum ꝙ poſſet ꝯtingere. qꝛ qñ iſti paruu
li qui inuitis parentibus eſſent baptizati eſſent adulti cum ꝑ/
les naturaliter ſequatur patrẽ. ipi forte abnegarẽt baptiſmũ
⁊ redirent ad iudaiſmum. veriſimile enĩ eſt ꝙ ſi iudeorũ filij

paruuli eſſent inuitis parentibus baptizandi. chriſtianiſſimi
reges ⁊ imperatores qui preceſſerunt ⁊ fuerunt tanti zelato/
res fidei iudeorum filios feciſſent baptizari. ⁊ etiam ſummi
pontifices inducerent reges ⁊ principes in quorum terrꝫ ha
bitant iudei ad hoc faciendum. Quis iſtorum verius dicat le
ctoris iudicio relinquo. Sed nunquid furioſi ⁊ amentes de
bent baptizari. Dicenduꝫ eſt ꝙ iſti furioſi aut fuerunt a nati/
uitate ita ꝙ nunq̄ꝫ habuerunt vſum rationis. aut habuerunt
aliquotiens vſum rationis. ſed amiſerunt propter aliquā cau
ſam. Si fuerunt furioſi a natiuitate non ſunt baptizādi. quia
vt dictum eſt in adulto qui debet baptizari requiritur fides ⁊
intentio ſuſcipiendi illud quod confert eccleſia. ſed tales non
poſſunt habere fidem nec intentionem cum ſupponatur eos
nunq̄ꝫ habuiſſe vſum rationis. ergo tales non poſſunt ſuſci/
pere baptiſmum. Si autem non fuerunt furioſi a natiuitate
ſed habuerunt aliquotiens vſum rationis vel habent aliquo
tiens lucida interualla. ⁊ tunc ſi in tempore quo habebāt vſū
rationis. vel tempore quo habebant lucida interualla habu/
erunt fidem ⁊ deuotionem ad baptiſmum. ⁊ petierunt ipſum
debent baptizari ſi neceſſitas ſit quanq̄ꝫ ſint in furia. Si autē
tempore quo habebant vſum rationis. vel tempore quo ha/
bebant lucida interualla non habebant fidem ⁊ deuotionem
ad baptiſmum nec petebant ipſum non debent baptizari Et
idem dico de demoniacis. quia ſi anteq̄ꝫ eſſent demoniaci ha
bebant fidem ⁊ deuotionem ad baptiſmum ⁊ petebant ipſum
debent baptizari. ſi autem non habebant non debent bapti/
zari. Simile iudicium eſt de frenetico. ¶ Utrum autem ali/
quis dormiens debet baptizari. Dicendum eſt ꝙ ſi poſſit ex
citari non debet baptizari in ſomno, ſed ſi non poſſit excitari
diſtinguendum eſt prout ſupra: quia aut tempore vigilie ha/
buit deuotionem ad baptiſmum ⁊ petijt ipſum. ⁊ tunc debet
baptizari. aut non habuit fidem ⁊ deuotionem ad baptiſmuꝫ
⁊ tunc non debet baptizari dormiens. Sed quid ſi ſit vnum
monſtrum quod habeat duo corpora coniuncta debet ne ba
ptizari vt vna perſona vel vt due. Dico ꝙ cum baptiſmus fi
at propter animam ⁊ non propter corpus quantumcunq̄ꝫ eſ/

## De baptiſmo

ſent duo corpora ſi ſolum eſſet vna anima debet baptizari vt vna perſona. Sed ſi eſſent due anime debet baptizari vt due perſone. Sed quomodo ſciatur vtrum ſit vna anima vl' due Dico ꝙ ſi ſint duo corpora ſunt due anime: ſed ſi eſt vnū corpus eſt vna anima. Et ideo ſi ſint duo pectora ⁊ duo capita ſupponendum eſt eſſe duas animas. Si autem eſſet vnum pectus ⁊ vnum caput quantumcunq; alia menbra eſſent duplicata erit vna anima.

¶ De ritu baptiſmi Capl'm. vi.

BAptiſmus fit duobus modis Uno modo immergēdo in aquam. Alio modo aſpergendo aquam. Quis autem ſit melior modus. Dicendum ꝙ ſi non timeatur de periculo vel propter debilitatem baptizantis vel pueri vel aliquid aliud. melius fit immergendo in aqua q̄ aſpergēdo Cuius ratio aſſignatur. quia baptiſmus ſignificat ſepulturam chriſti. Unde dicit apoſtolus. Conſepulti eſtis Chriſto per baptiſmum. ſed melius figuratur ſepultura quādo fit immergendo q̄ quando fit aſpergendo. ergo melius fit immergendo q̄ aſpergendo. Sciendū eſt ꝙ vnuſquiſq; debet ſeruare ritum eccleſie ſue nec debet ipſum mutare. Utrum autem requiratur trina immerſio vel ſufficiat vna. Dicendum ꝙ ſufficit vna. in. ca. propter de con. diſt. iiij. ſed ceteris paribus melius fit per trinā in ca. poſtq̄. diſt. iiij. ⁊ glo. quia baptiſmus datur in nomine trinitatis. que trinitas melius repreſentatur per trinam immerſionem vel aſperſionē q̄ per vnā ita tamen ꝙ verba non finiantur anteq̄ omnes tres immerſiones ſunt complete. In hoc autem ꝙ fiat vna vel trina quilibet debet ſeruare ritum eccleſie ſue: vt dictum eſt ſupra de alio.

¶ De effectu baptiſmi. Capl'm. vij.

EFfectus principalis baptiſmi eſt delere omnem culpam tam originalem q̄ actualem ⁊ conferre gratiā ⁊ aperire ianuam regni celeſtis. in quo differt a circūciſione. quia licet ante paſſionem Chriſti circumciſio deleret culpam originalem ⁊ conferret gratiam. tamen ianuā regni celeſtis aperire non poterat. Et iſta eſt ſententia Bede q̄ dicit in

omelia ſua de circumciſione domin. i. Scire deƀ fraternitas
veſtra ꝙ idem ſalutifere curationis remedium olim circumci
ſio in lege contra originale peccati vulnus agebat. quod nūc
tpe reuelate gratie baptiſmus agere conſueuit. excepto ꝙ ia
nuam regni dei celeſtis aperire non poterat. Sciendū autē
ꝙ baptiſmus aliter operatur in ꝑuulis ⁊ aliter in adultis. qꝛ
in ꝑuulis nihil requiritur a ꝑte ipſorum. Sed in adultis reꝗ
ritur a ꝑte eorum ꝙ non ponant obicem. i. ꝙ non habeāt ɔtra
riam diſpoſitionē. i. ꝙ non accedāt ficte ad baptiſmū. ſʒ acce
dant cū debita deuotiōe. Nō ſolū aūt baptiſmus ɔfert grati
am. immo omnibꝰ ſuſcipientibꝰ ipm tam ꝑuulis q̄ʒ adultis ꝗ
non ponunt obicē ɔfert omnes virtutes tam theologicas q̄ʒ
morales. Et ſi nō quantum ad vſum ad minus q̄ʒtū ad habi
tum. Et iſta eſt ſententia ɔcilij generalis: ⁊ habetur in ɔſtitu/
tionibus domini Clementꝫ quinti. extra de ſum. trini. ⁊ defi/
de catho. ca: fidei catholice. Eſt aūt ⁊ alius effectus baptiſmi
qꝛ ꝑ ipm cōtrahitur cognatio ſpūalis que impedit matrimo
nium ɔtrahendū ⁊ dirimit iam contractū. de hoc tñ dicet̄ in/
fra qñ dicet̄ de matrimonio. Per baptiſmum impmit̄ etiā ca
racter vt dictum eſt ſupra. ⁊ iō baptiſmus non debet iterari.
immo pena illius qui iteraret ſm leges eſt decapitatio. C. ne
ſanctū baptiſma iteret̄. l. ij. Scdm vero canones. eſt ꝙ non
poſſit ꝓmoueri ad ſacros ordines.

¶ De annexis baptiſmo. Capl'm. viij.

Baptiſmū aūt qñ fit cū debita ſolennitate p̄cedunt ca
thecíſmus ⁊ exorciſmus. Et eſt cathecíſmus idē qđ
inſtructio. qꝛ in cathecíſmo inſtruit̄ baptizandus de
fide ⁊ merito fidei. Unde baptizando petit ſacerdos. quid
petis ab eccleſia. Et ipſe ſi eſt adultus reſpondet fidem. Si
aūt ſit paruulus alij reſpondent in perſona eius. videlicet pa
trini. ⁊ tunc ſacerdos querit. fides quid tibi preſtabit. ⁊ ille re
ſpondet vitam eternam. Et tunc dicit ſacerdos. Hec eſt vita
eterna ⁊c̄. Et in iſto cathecíſmo facit tria ſacerdos baptizan/
do: Primo mittit digitos in aures eiꝰ ⁊ ponit de ſaliua i ore eiꝰ
⁊ ſcat ꝙ baptizandus dʒ hr̄e aures aptas ad audiendū v̄bū
dei. ⁊ documēta fidei. Poſitio ſaliue in ore eiꝰ ſignificat ꝙ de

# De baptiſmo

bet eſſe promptus ad reſpondendum ⁊ ad loquendum de fi/
de. quia locutio fit mediante ſaliua. Secundo facit ſibi cru/
cem in fronte ⁊ in pectore. ⁊ ſignificat ꝙ baptizandus debet
habere ⁊ recipere fidem Chriſti in corde. quod ſignificat crux
facta in pectore: ⁊ in ore confiteri fidem chriſti Nec debet eru
beſcere fidem chriſti quod ſignificat crux facta in fronte. quia in
frōte ſtatim apparet verecūdia. quia ſcḋm quod dicit apl's Ro. x.
Corde creditur ad iuſticiā. ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutem. Ter/
tio ponit ei ſal in ore. qḋ ſignificat ſapientiā. iuxta doctrinam
apl'i ad Col. iiij. Sis ſermo eius debet eſſe ſale ſapiē diuine
conditus. Exorciſmꝰ idem eſt ꝙ adiuratio. quia adiuratur demō
vt exeat de anima baptizādi. vt det locū ſpūiſancto aduenie͂
ti. Et facit tria ſacerdos baptizando. quia primo facit ei crucem
in fronte cum pollice. ⁊ hoc maſculo ⁊ femine dicendo. xp̄s
viuit. xp̄s regnat. ⁊c̄. Et ſignificat ꝙ baptizādus ꝯſignatur vt
ſit templū dei ſiue habitaculū ſpūſſancti. Scḋo facit ei cru/
cem de ſputo ad aures ⁊ ad nares ⁊ ad os dicendo. Effeta
quod eſt aperire. ⁊ ſignificat ꝙ baptizādus debet habere au
res cordis clauſas ne audiat ſuggeſtiones diaboli. ⁊ debet
habere os clauſum ne loquatur mala verba. ⁊ debet ſic viuere:
vt ſit ſcḋm doctrinam apl'i bonus odor chriſti in vita ſua. vel
iſtud ſignificat ꝙ talis debet emittere fumum deuote oratio
nis ꝑ quā effugatur demon Iuxta verbū Raphaelis in Tho
bia. iiij. c. Fumus eius effugat omne genus demonioꝝ. Et
iſta fiūt cum ſputo. i. ꝟtute chriſti. que ſignificatur per ſputum
ſcḋm qḋ dicit glo. ſuꝑ illo verbo Ioh. ix. Lutum fecit ex ſputo
⁊ liniuit oculos meos. Nam ſicut ſputum emittitur ab interio/
ribus cordis. ita filius dei gignitur ex ſubſtantia patris Ter
cio facit ei crucem de oleo exorcizato in ſpatulis ⁊ in pectore
⁊ ſignificat ꝙ baptizandus debet eſſe fortis ad luctandum
contra diabolū. ⁊ ad portandū onera penitentie. ⁊ iſta fiunt
mediante oleo diuine gratie. ¶ Poſt baptiſmū aūt ſacerdos
facit tria baptizato. Primo vngit eū criſmate. ⁊ ſignificat virtutem
gratie ſpūſſancti quam ſumpſit in baptiſmo. Secundo tra/
dit ei veſtem albam: ⁊ ſignificat innocentiam baptiſmalem
Tercio tradit ei cereum incenſum. ⁊ ſignificat lume͂ fidei qḋ

ad nunc poteſt duobꝫ modis conſiderari ꝛ accipi. Quia vno
modo eccl'ia idem eſt ꝙ ꝯgregatio fidelium. qui congregant᷑
fide ꝛ charitate. ꝛ ita accipit Aug. eccleſiam qñ dicit ꝙ extra
eccl'iam: i. extra fidem eccleſie non eſt locꝰ veri ſacrificij. Alio
modo eccl'ia idem eſt ꝙ iſta domus materialis in qua dicun
tur hore ꝛ miſſe. ꝛ extra eccleſiā ſic dictam poteſt in aliquibꝫ
caſibus miſſa celebrari. ſicut in honeſto exercitu. vel quando
ad aliquā feſtiuitatez vel ad deuotionē alicuius ſancti. vel ob
ſequium alicuius defuncti vel ad aliquam miſſam nouā. vel
ad aliqđ aliud tale conuenit ml'titudo magna populi. ꝛ eccle
ſia eſt parua. ita ꝙ non poteſt ibi recipi populus. poteſt in ci
miterio vel in aliqua alia platea honeſta ꝛ munda erigi altare
ꝛ debet ita decenter aptari ne puluis vel flatus venti vel ali/
quid aliud tale poſſit ibi aliquod offendiculum inferre. De
licentia etiā dyoceſani poteſt ꝓpter aliquā neceſſitatem miſſa
celebrari in domo alicuiꝰ in aliqua camera apta ad hoc ita tm̄
ꝙ ſemꝑ celebret᷑ ſuper altare portabile qđ ponatur ſuper ali
quam tabulam lapideā alicui ſtipiti annexam benedictam ab
epō. Et iſta tabula debet eſſe integra. que ſi eſſet fracta nō de
beret ibi miſſa celebrari. nec etiā ſi eſſet a ſtipite amota. immo
peccaret qui ibi celebraret. Iſta etiā tabula debet eſſe lapidea
ꝛ non de aliqua alia materia. Et huius ratio eſt vna. q2 chri/
ſtus qui ibi immolat᷑ vocat᷑ petra. Vñ dicit apoſtolꝰ. i. Cor.
x. Petra aūt erat chriſtus. Alia cauſa eſt. q2 ſepulcruz chriſti
qđ repreſentat altare fuit exciſum de petra. vt dicit᷑ in Mar/
co. Et propter iſtam eandem rōnez corporalia debent eſſe li/

nea. ⁊ non de aliqua alia materia. quia xp̄s in monumento fu
it inuolutus in ſindone munda. in lino candidiſſimo: Et cor
poralia ſignificant illa lintheamina in quibus xp̄s fuit mor/
tuus inuolutus. Calix etiam non debet eſſe de vitro. qꝛ de fa
cili poſſet frangi nec de ligno. quia lignum eſt poroſum. ⁊ in
poris poſſet ſanguis ſubintrare: Nec de calibe. nec de cupro
nec auricalco. quia inducunt faſtidium ⁊ nauſeam. ⁊ eſſet pe
riculum de vomitu. Pōt autem fieri de argento ⁊ auro vel
ſtanno. ¶ Sciendum autem ꝙ quando altare eſt totum be/
nedictum non oportet ꝙ ſit ibi tabula alia. Notandum etiā
ꝙ altare ſiue ſit in eccleſia ſiue extra eccleſiam ſemper debꝫ eri
gi verſus orientem. ita ꝙ ille qui dicit miſſam habeat faciem
ad orientem. Et ratio eſt vna. quia xp̄s vocatur oriens. Lu.
primo: Viſitauit nos oriens ex alto. Et de xp̄o cantat eccle/
ſia. O oriens ſplendor lucꝭ eterne. Alia cauſa eſt. quia ſꝫm ꝙ
dicunt phi. pars [illegible]entalis eſt dextera pars celi: Scd̄m au/
tem quod dicit [illegible] in Math. xxv. ca. Statuet bonos a dex
tris. ¶ Ut ergo in iudicio mereamur poni a dextrꝭ debem⁹
orare verſus orientem. Et quia principalior omnium oratio
num eſt miſſa. ideo qui dicit miſſam debet habere faciem ver
ſus orientem. Ex autem eccleſia in qua dicitur miſſa ſit conſe
crata vel non nihil facit ad miſſam. licet q̄ꝫtum ad ſolennita/
tem miſſe ſemper ſi poſſibile ſit debeat dici in eccleſia conſe/
crata. cum ſit multum honorificum ⁊ vtile eccleſiam eſſe con
ſecratam. quia qñ aliquis cauſa oratiōis intrat eccl'iā ꝯſecra
tam pctā venialia ſibi remittunꝶ. Sciendū aūt ꝙ in naui nū
q̄ꝫ debet celebrari miſſa, ꝑpter periculum effuſionis ſanguīs
In eccl'ia etiā ſanguinis vl' ſeminis effuſione polluta nō debꝫ
miſſa celebrari. Et ſi aliq̄s ibi celebraret grauit' peccarꝫ. Nō
tñ̄ ex hoc efficereꝶ irregularis ſic fuit declaratū per dñm Bo
nifacium octauū. extra de ſen. ex. ca. is qui. li. vi. Si etiā ec/
cleſia eſſet predicto modo polluta non poſſet in cimiterio ſibi
contiguo celebrari. qꝛ qñ eccleſia eſt polluta ſimiliter cimiteri
um ſibi ꝯtiguum pollutum reputaꝶ. non tñ̄ econuerſo. i. ſi ci
miteriū ſit pollutū ꝙ eccl'ia ſibi contigua ſit polluta. cū prin
cipale trahat annexū. ⁊ nō annexū principale vt habeꝶ extra

de con. ec. vel alta. ſi eccleſia. li. vi. Unde in cimiterio conti-
guo ꝛ annexo eccleſie pollute non debet aliquis celebrare nec
etiam debet ibi aliquis ſepeliri. Secus eſſet ſi cimiteriuꝫ nō
eſſet contiguum eccleſie. qꝛ poſito ꝙ eccleſia eſſet polluta ci-
miterium non ꝯtiguum ipſi eccleſie non eſſet pollutuꝫ. vt pa
tet in ca. preallegato. Tempore etiam interdicti non debꝫ di
ci alta voce nec ianuis apertis miſſa. nec etiam alie hore in ec
cleſia niſi quatuor feſtiuitatibus. ſ. in die natalis domini. in
die reſurrectionis domini. in die penthecoſtes: in die aſſum
ptiōis btē Marie. Ne aūt eccleſie defraudenť officiis debi
tis. ꝛ ne diuinum officium negligatur. ꝛ ne fidelium deuotio
minuatur. ꝛ ne infideliuꝫ indeuotio augeatur. tempore cuiuſ
cunqꝫ interdicti ianuis clauſis excommunicatis ꝛ interdictis
expulſis. campanis etiam non pulſatis debet miſſa ꝛ totuꝫ re
liquum officium diuinum tam diurnum ꝙꝫ nocturnum dici
ſubmiſſa voce in eccleſia. ita ꝙ non poſſit audiri ab aliis qui
ſunt extra. Omnia iſta habentur extra de ſen. ex. ꝛ interdict.
in ca. alma mater. li. vi. Et qui contrarium fecerit eſt irregula-
ris ꝛ ineligibilis. nec etiam ipſe poteſt eligere. nec poteſt ab-
ſolui niſi in articulo mortis tantum niſi per ſedem apoſtolicā
vt habetur de ſen. ex. ca. is qui. li. vi. Aliquo etiā excōmuni-
cato preſente nullus debet celebrare in eccleſia aut alibi. ali
oquin peccaret mortaliter. ꝛ vltra hoc eſſet ſuſpenſus ab in-
greſſu eccleſie. nec poſſet abſolui niſi ab illo qui tulit ſententi
am excōmunicationis. vt habeť extra de priuil'. c. epoꝝ. li. vi.
Et iſtud non debet contemni. qꝛ ſi ſuſpenſus celebraret eſſet
irregularis. vt habeť expreſſe extra de ſen. ex. ſi cui. li. vi.

## Quo tempore debet miſſa celebrari: Cap. vi.

UT dicit Salomon. Omnia tempus habent. ꝛ hoc
rationabiliter. res eñ penes varietatem tempoꝝ ma
ximā acquirunt immutationeꝫ. Qḋ euidentiſſime po
teſt apparere in lactuca. que cum tempore ſue iuuentutis frigi
de ꝛ humide ſit nature feruoris ꝙꝫ ſanguinis ꝛ colere extinctiua
ex quo frondeſcit humorem ꝯuertiť in calidum ꝛ ſiccū ꝛ ama
rū qḋ obeſt colericis ꝛ ſupcalefactis. Ex q̄ liq̄do apparet ꝙꝫ tuꝫ
res penes mutationē temporū mutāť ꝛ alterāť. Quod ſatis

pulcre fuit figuratum Exo. xvi. ca. vbi legitur ꝙ manna col/
lectum tempore debito erat habens omne delectamentuꝫ et
omnem ſaporem ſuauitatis. Qn̄ autem colligebatur tp̄e non
debito. ſ. die ſabbati ꝯputrebat. ⁊ vermibꝫ ſcatebat. Et iſtud
manna erat figura corporis chriſti. ſicut dicit̃ in hiſtoria de
corpore chriſti. vbi dicit̃. Huius ſacramēti figura preceſſit
qn̄ dominus pluit manna patribꝫ in deſerto. Sic ergo illud
manna non debebat colligi niſi in tēpore debito. ita iſtud ſa/
cratiſſimum ſacrificiū nō debet offerri niſi in tempore debi/
to ⁊ ſtatuto. ¶ Sciendū ergo ꝙ miſſa debet celebrari de die
⁊ nō de nocte niſi in feſto natiuitatis domini. in qua miſſa ce/
lebrat̃ in media nocte. qꝛ illa hora fuit natus chriſtus. de hoc
tn̄ magis dicet̃ infra. Antiquitus etiā in vigilia reſurrectiōis
dicebat̃ miſſa de nocte. Vn̄ in oratione miſſe adhuc dicitur
Deus qui hanc ſacratiſſimam noctē ⁊c̄. Ratio quare miſſa
celebrat̃ de die ⁊ nō de nocte vna eſt. qꝛ in miſſa rememorat̃
paſſio chriſti que fuit facta de die ⁊ nō de nocte. Alia ratio eſt
qꝛ per noctem figuratur ſtatus peccati. per diem ſtatus gra/
tie vt dicit glo. ſuper iſtud verbum apl̄i ad Ro. xiij. Abijcia/
mus opera tenebraꝝ. i. peccata. ⁊ induamur arma luc̄. i. vir
tutes que ſunt arma gratie. Ad ſignificandnꝫ ergo ꝙ ille qui
dicit miſſam debet eſſe in ſtatu gratie ⁊ ſine peccato. ideo di/
citur miſſa de die ⁊ nō de nocte. Qua autem hora debet dici
miſſa notandū ꝙ tres ſunt hore principales quibus debꝫ di
ci miſſa. ſ. tercia. ſexta. nona Et magis in his tribus horis ꝙ̄
in alijs debet dici miſſa. Ratio eſt. qꝛ vt em̄ frequenter dictuꝫ
eſt miſſa dicit̃ in memoriam paſſionis chriſti. chriſtus in iſt̄
tribꝫ hor̄ fuit crucifixꝰ ⁊ paſſꝰ. hora eī t̄cia fuit crucifixꝰ ling
uis iudeoruꝫ ⁊ ſententia Pylati. qꝛ hora tercia clamabant iu/
dei. crucifige eum. ⁊ in illa hora Pylatus adiudicauit ſatiſfie
ri petitiōi coꝝ. Hora ſexta fuit eleuatꝰ in cruce. Vn̄ dr̄ Mar
ci. xv. Erat aūt hora quaſi ſexta ⁊ crucifixerunt eū. Hora autē
nona emiſit ſpiritū. Vn̄ dicit̃ in Math. xxvij. Et circa horaꝫ
nonā exclamauit voce magna. ⁊ ſequit̃. ⁊ emiſit ſpm̄. Et iſtud
intelligo de miſſa que dicit̃ ſolenniter in eccleſia. qꝛ miſſe pe
culiares poſſunt dici a puncto aurore vſqꝫ ad ſextā. ⁊ in dieꝫ

ſeiuniorum vſq3 ad nonam. Poſt nonam autem non deb3 ce
lebrari miſſa niſi forſan in diebus ieiuniorum ⁊ ratione ordi/
num Incidentaliter aūt notandū eſt ꝙ nō ſolū miſſa. verū eti
am alie hore canonice dicunt̄ in memoriā paſſionis chriſti.
Matutine eñ dicunt̄ in memoriā ꝙ chriſtus hora matuti/
nali fuit captus ⁊ vinctus fuit duct9 ad Annam princip̄e ſa/
cerdotū vbi fuit multipliciter deluſus. Et debēt dici matuti
ne media nocte. iuxta verbū pſ̄. cviij. Media nocte ſurgeba3
ad ꝯfitendū tibi. ⁊c̄. Prima dicit̄ in memoriā ꝙ chriſtus illa
hora in domo Cayphe ligatus ad columnā fuit duriſſime et
grauiſſime flagellatus. ita ꝙ ſ̄m qd̄ predixerat Iſaias ꝓpħa
a planta pedis vſq3 ad v̄ticē nō erat ſanitas in eo: Tercia aūt
dicit̄ in memoriā ꝙ illa hora chriſtus fuit duct9 ad Pilatū. ⁊
crucifixus fuit linguis iudeoꝝ clamantiū ⁊ dicentiū. Tolle
tolle crucifige eū. Et fuit illud impletū pſ̄. xxi. Aperuerūt ſu
per me os ſuū ſicut leo rapiēs ⁊ rugiēs Sexta dicit̄ in memo
riā ꝙ in illa hora chriſtus expoliatus ⁊ illuſus ⁊ a militib9 fu
it clauatus in cruce. ⁊ tūc fuit impletū illud pſ̄: xxi. Foderūt
manus meas ⁊ pedes meos. Nona dicit̄ in memoriā ꝙ in il/
la hora chriſtus felle ⁊ aceto potatus expirauit dicēs. Pater
in manus tuas ꝯmendo ſpiritū meū. ⁊ fuit impletū illud pſ̄.
lxviij. Dederūt in eſcā meā fel. ⁊ in ſiti mea potauerūt me a/
ceto. Veſpere aūt dicunt̄ in memoriā ꝙ in illa hora chriſtus
fuit datus a Pilato nobili decurioni Ioſeph. ⁊ per eū fuit
de cruce depoſitus. Completoriū dicit̄ in memoriā ꝙ chri/
ſtus illa hora a matre ſua triſtiſſima ⁊ aliis ſanctis mulieribus
lamētatus ⁊ aromatib9 ꝯditus fuit poſit9 in ſepulcro. Et ſic
bonū eſſet ⁊ congruū vt quelibet ſeptē horaꝝ diceret̄ in hora
determinata. Iuxta illud pſ̄. cxviij. Septies in die laudem
dixi tibi. Veꝝ qz ꝓpter rei familiaris occupatiōe3. vel propt̄
humanā fragilitatē nequit iſtud ſeruari. ſeruet̄ tñ illud quod
ordinatū eſt extra de cele. miſſ. ca. preſbiter. vbi dicit̄ ſic Pre/
ſbiter matutinali officio expleto. ſ. media nocte mane penſu3
ſue ſeruitutis. vic3 primā. terciā. ſextā. nonā. veſperamq3 pſol/
uat. Ita tñ vt horis ꝯpetentib9 iuxta poſſibilitatē aut a ſe aut
a ſcolarib9 publice ꝯpleant̄. Deinde peractis horis viſitatis infir

Questio
Quare matutine dicunt

mis ſi voluerit exeat ad opus rurale ieiunus. Et dicant̄ omnes iſte hore per modum qui precipit̄ extra eo. ti. c. dolentes vbi precipit̄ ꝙ officiū diuinum tam diurnū q̃ nocturnū dicat̄ ſtudioſe pariter ⁊ deuote. ⁊ qui ſciēter tranſgredit̄ iſtū modū atqꝫ mandatū ſciat ſe mortaliter peccare vtpote q̄ eſt trāſgreſſor precepti eccleſie. Notandū aūt ꝙ null⁹ dicat miſſam quouſqꝫ dixerit matutinū. ſꝫ ꝯgruū eſſet ⁊ nec̄ariū qꝫ pria dicat̄ ante miſſaꝫ. Alie etiā hore p̄ter veſpas ⁊ ꝯpletoriū pn̄t dici ante miſſam. Notandū ꝙ ſacerdos nō debꝫ dicere ſeu facere officiū pro voluntate ſua. ſed de tp̄e vel de ſctīs de quibus agit̄ in illa terra.

## Quotiens debet in die miſſa celebrari. Ca. vij.

Ex quo dictū eſt ꝙ miſſa debet celebrari de die. reſtat dicere quotiens debet in die dici miſſa. Et eſt ſciēdū ꝙ ſm̄ qđ dicit̄ extra de cele. miſſ. ca. conſuluiſti: nullus debet dicere miſſaꝫ niſi ſemel in die. Valde eī̄ felix eſt q̄ digne celebrat vnā. Excipit̄ dies natiuitatis domini qua die celebrant̄ tres. ita ꝙ vnus ſacerdos poteſt illa die celebrare tres miſſas. vt habet̄ de con. di. i. ca. xvi. nocte ſancta. Et rō quare dicunt̄ illa die tres Vna eſt ꝓpt᷑ myſteriū. qm̄ per iſtas tres repreſentant̄ tres ſtatus. ſ. an̄ legē. ſub lege. ⁊ ſtatus gratie. Illa miſſa que cantat̄ in media nocte repreſentat ſtatū qui fuit an̄ legē: qn̄ totus mundus erat in ten ebris. vn̄ in miſſa illa cantat̄ illa prophetia. Iſa. ix. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Secunda miſſa que cantat̄ in aurora ſignificat ſtatū qui fuit ſub lege. in quo ſtatu inceperūt chriſtū ſcire ꝓpt᷑ dicta legis ꝓphetaꝝ. ſed nō habebant perfectā noticiā de eo. Et ideo cantat̄ in aurora. qn̄ incipit apparere lux diei ſed nō clare. vn̄ in illa miſſa cantat̄. Lux fulgebit: Tercia miſſa dicit̄ in clara die. ⁊ ſignificat ſtatū gratie in quo ſumus. Et dicit̄ officiū. Puer natus eſt nobis. Alia cā eſt ad repreſentandū tres natiuitates chriſti. Nam prima dicit̄ ad repreſentādū natiuitatē eternā qua naſcit̄ ex deo patre vn̄ dicit̄ in introitu. Dn̄s dixit ad me filius me⁹ es tu. Et dicit̄ illa miſſa de nocte qn̄ eſt tēpus obſcurū ad deſignandum ꝙ illa natiuitas eſt nobis occulta. Secūda dicit̄ ad repreſen

tandum natiuitatem ſpiritualem qua naſcitur chriſtus in a/
nimabus iuſtorum per gratiam. vñ cantatꝛ in illa miſſa. Lux
fulgebit ſuper nos. lux fulget. ſ. gratia dei. Tercia repreſen/
tat natiuitatẽ temporalẽ qua natus eſt ex Maria virgine ꝓ ſa
lute noſtra. vñ cantatꝛ. Puer natus eſt nobis. Veruntñ ſi cõ/
ſiderantꝛ euangelia que dicuntꝛ in miſſis iſtis. Pria miſſa rep̄
ſentat natiuitatẽ tp̄alem qua chriſtus natus eſt ſ̃m carnez ex
Maria virgine. vñ illud euãgeliũ qꝺ legitꝛ in illa miſſa. ſ. Ex
ijt edictũ ⁊c. totũ loquitꝛ de iſta natiuitate vt patz intuẽti. Se
cunda rep̄ñtat natiuitatẽ ſpiritualẽ. tunc em̃ legitꝛ illud euan
geliũ. Paſtores loquebantꝛ qꝺ totũ poteſt intelligi de iſta ſpi
rituali natiuitate ⁊c. Tercia rep̄ñtat natiuitatẽ eternã qua na
ſcitꝛ ex patre. vñ tunc dicitꝛ illud euangeliũ. In principio erat
verbũ. qꝺ totũ loquitur de natiuitate filij dei. ¶ Notandum
etiã ꝙ in die paraſceue nõ debet dici miſſa. Et rõ eſt. qꝛ iſtud
ſacramentũ eſt figura paſſionis chriſti. que tali die fuit facta
⁊ veniente veritate. ſ. paſſione pro illa die debet ceſſare figu/
ra. Alijs aũt diebus non debet dicere ſacerdos niſi vnã miſ/
ſam niſi in caſu neceſſitatis in quo poteſt celebrare duas tm̃.
Et vnus caſus eſt ſi aliquis moritꝛ ⁊ ſacerdos celebrauit miſſã
de die poteſt dicere pro defunctis. ſ. de requiem. dummõ ad/
huc ſit ieiunus ⁊ non ſit alius ſacerdos qui celebret. Alius ca
ſus eſt. ſi ſit aliquis in periculo mortis. ⁊ petat corpus chriſti
ſibi dari. ⁊ ſacerdos non habeat hoſtiaz conſecratã poteſt ite
rum celebrare. dummõ vt predixi ſit ieiunus. ⁊ nõ ſit ali9 qui
ſit etiam paratus celebrare. quod ſꝑ eſt intelligendũ. Ali9 ca
ſus eſt propter neceſſitatem nuptiarum. qñ. ſ. tempus nupti
arum tranſit. Si dicta miſſa ſuperueniant aliqui qui habeãt
contrahere poteſt iterum ſacerdos celebrare dummodo ſit ſi
cut ſupra dixi. Alius caſus eſt propter neceſſitatez peregrino
rum. qñ. ſ. ſuperueniunt peregrini dicta miſſa. Et iſtũ caſum
ponit Ray. in ſumma ſua. Sed ſalua eius reuerentia iſtud vi
detur expreſſe contra ca. Te referente: extra. de. cele. miſſ. Ca
ſus em̃ illius capituli eſt ꝙ archiepiſcopus Sepontinus in
die cene domini de antiqua conſuetudine tenetur conſecrare
criſma in eccleſia Sepontina. ⁊ idem archiepiſcopus eadem

die aſcendit de mane de conſuetudine ad gargamenam eccle
ſiam vt recipiat ibi peregrinos illius loci. ⁊ ibi a clero ⁊ po/
pulo celebrare compellitur. Vñ ſuper hoc implorauit cõſili
um pape. Et papa reſpondit ꝙ in eccleſia ſepõtina in qua te/
net criſma ↄſecrare tm̄modo debeat celebrare. Ex quo mani
feſte apparet ꝙ rõne peregrinoꝝ nõ debet ↄſtitutio de vnica
miſſa in die celebranda trãſgredi. Vñ ſaluo meliori iudicio
magꝭ approbo iſtã ↄſuetudinẽ que ſeruat̄ in aliquibꝫ eccleſijs
gallicanis. qñ. ſ. dicta miſſa veniũt aliqui peregrini ad aliquã
eccleſiaꝫ ſi nõ ſit ibi aliquis ſacerdos paratꝰ celebrare. ſacer/
dos induit ſe ſicut ſi deberꝫ dicere miſſaꝫ ⁊ dicit eis miſſaꝫ de
beata ꝟgine Maria. vel de ſpũſctõ. vel de trinitate vl' de il/
lo ſctõ pro quo fit peregrinatõ. nõ tñ dicit canonẽ nec ↄſecrat
ſed oñdit eis reliquias aliquas loco eleuationis corpis chri/
ſti. Et iſta miſſa vocat̄ miſſa ſicca. Tñ ſi alibi ſeruat̄ cõſuetu/
do alia iuxta opinionẽ Raymundi nõ ↄdemno eã. Alius ca/
ſus eſt propt' neceſſitatẽ honeſtatꝭ vl' vtilitatꝭ. vt ſi dicta miſſa
ſuperueniat aliqua ꝑſona magna que velit audire miſſaꝫ põt
ſacerdos iteꝝ celebrare dũmodo ſit vt ſupra dixi. Iſtũ caſum
ponit glo. ſup ca. ↄſuluiſti. in ti. de cele. miſſ. De iſta nccitate
neſcio quid dicã. qꝛ nõ video tantã nccitatẽ ꝙ propt' hoc de/
beat tranſgredi manifeſtũ mandatũ de vnica miſſa celebran
da. preſertim cũ magne perſone nõ multũ tẽporibꝫ noſtris ita
afficiant̄ ad miſſas. ⁊ illi qui afficiunt̄ ducunt ſecuꝫ ſacerdo/
tes. Alius caſus eſt propt' nccitatẽ debiti. ſicut qñ ſunt due ec
cleſie annexe ⁊ quelibꝫ eſt curata. i. habet curã animaꝝ. ⁊ ha/
bent redditus ita tenues ꝙ nõ ſufficerent duobus ſacerdo/
tibꝫ. ſed vnus ſolus ſacerdos habet curã vtriuſqꝫ. In iſto ca/
ſu ſacerdos poteſt in vna die in qualibet eccl'ia celebrare in il
lis diebꝫ in quibꝫ tenet̄ populo ſuo ad dicendũ miſſaꝫ. vel ad
miniſtrandũ ſacramentũ. vel officia alia que requirũt miſſaꝫ
Et iſte caſus in multꝭ locis ↄtingit ⁊ ſeruat̄ in partibꝫ tholo
ſanis. ⁊ etiã in certꝭ partibꝫ alamanie. Et credo ꝙ in iure non
inuenit̄ preceptũ expreſſum de vnica miſſa tantũ celebranda
cũ in omnibꝫ capitulis in quibꝫ fit mentio de iſta materia po
nat̄ iſtud verbũ ſufficit. qđ verbũ nõ importat vim coactiuaꝫ

Conſuetudo tamen eccleſie que preeminet cuicunq̄ʒ auctori/
tati habet ⁊ tenet hoc ⁊ ideo nullus debet facere contra eam
⁊ ſi facit peccat ⁊ puniri debet. In quocunq̄ʒ autem caſu quā
do ſacerdos plures celebrat miſſas in prima ſumere nō debʒ
nec vinū nec aquā poſt ſumptionē ſanguinis. ſed ſolū lauare
os ⁊ cauere ſibi ne aliquid deglutiat. qꝛ ſacramenta a ieiuno
ſunt recipienda. ⁊ in qualibet miſſa corpus ⁊ ſanguinē chriſti
recipiat. Et in vltima miſſa poſt ſumptionē ſanguinis chri/
ſti recipiat ablutionē que ꝯmuniter recipit̄ ⁊ nō in aliȷs. vt di
xi. habent̄ iſta extra de cele. miſſ. ca. ex parte. ⁊ de con. di. v. vt
ieiuni. ⁊. vij. q. i. nihil.

De veſtibus quibꝫ ſacerdos induit̄ in miſſa. ¶ Ca. viij.

Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. verbum
eſt ſapientꝭ. Quantū faciat debitus vſus veſtimento
rum ad debitā adminiſtrationē officij qđ quiſq̄ʒ exer
cet ſatis oſtendit experientia medicoꝝ. Cōpertū eſt em̄ colli
riū qđ eſt ſalubritatꝭ doloꝝ oculoꝝ mitigatiuū tritū ab apo/
thecario induto veſte qua die precedēte indutus triuerat vi
ride eris immiſſum oculis patientē cruciabat. Si ergo veſtꝭ
indebita nocet in ꝯfectione collirij. q̄ʒto magis nocet in ꝯſe/
cratione corpis chriſti. Vn̄ figuratiue fuit preceptū legiſlato
ri Moyſi in Exo. xxxviij. Facies veſtes ſctās Aaron in qui/
bus ſctificatus miniſtret mihi. ¶ Vn̄ ſciendū ꝙ oēs veſtes
quas induit ſacerdos in miſſa debēt eſſe ſanctificate ⁊ bn̄di/
cte ab epo. Notandū ergo ꝙ illa veſtis qua induit̄ primo. ſ. il
la camiſia parua vl' ſuppelliciū nō eſt de eſſentia miſſe in ſim
plici ſacerdote. ſʒ ſolū de bene eſſe. Et dico de ſimplici ſacer/
dote ꝓpt' epos ⁊ canonicos regulares ⁊ capellanos dn̄i pape
quoꝝ talis veſtꝭ eſt habitus honorꝭ. ¶ Sciendū aūt ꝙ ꝯpu/
tata illa veſte ſeu camiſia de qua dictū eſt vel loco eius ꝯputa
to ſuppellicio ſeptē ſunt veſtes quibꝫ induit̄ ſacerdos in miſſa
ſcʒ illa camiſia vel loco eius ſuppelliciū. amictū. alba. cingulū
manipulus. ſtola. caſula. Et iſte ſeptē veſtes ſignificāt ſeptē
dona ſpūſſcti. q̇bꝫ debet eſſe ſacerdos ꝑfuſus. Vn̄ Lu. xxiiij.
Induamini virtute. ſ. ſpūſſcti ex alto. Vel ſignificāt ꝙ debet
eſſe ſacerdos ꝯtra ſeptē pctā mortalia munit⁹ ⁊ armat⁹. Vn̄

apoſtolus ad Eph. vi. Induite vos armatura dei vt poſſitꝫ
ſtare aduerſus inſidias dyaboli. Uel ſignificans ſeptem vir
tutes. ſ. tres theologicales ⁊ quatuoꝛ cardinales quibus de
bet eſſe adoꝛnatus ſacerdos. vñ apl's ad Ro. xiij. Induamur
arma lucis. glo. arma virtutum. qꝛ nõ eſt licitũ indutum ſac/
co. i. peccato. aulã regis. i. chriſti (qui eſt rex regũ) intrare. vt
dicit̃ in li. Heſter. iiij. Uel ſignificant ꝙ ſacerdos debet eſſe
ſeptem operibus miſericoꝛdie deditus. vñ apoſtolus. Indu
amini dominũ noſtrũ ieſum chriſtũ. cuius ſapiẽtie nõ eſt nu
merus. vt dicit̃ in pſ. Uel ſignificant ꝙ ſeptẽ petitiones oꝛo
nis dominice exaudiunt̃ in miſſa. In ſignũ cuius legit̃ in li.
Heſter. ꝙ Heſter induta veſtibus regijs fuit exaudita ab
Aſſuero rege. Uel ſignificant ꝙ ſacerdos digne cũ iſtis ſep
tẽ veſtibus celebrãs habebit ſeptẽ dotes in paradiſo. quatu/
oꝛ. ſ. ex parte coꝛpis. ⁊ tres ex ꝑte anime. In cuius ſignũ legit̃
in Geñ. xxvij. ꝙ Jacob indut⁹ veſtibꝫ Eſau valde bonis ha
buit benedictionẽ patris. Uel ſignificãt ꝙ pi⁹ ieſus toto tpe
quo mund⁹ durabit. qđ tẽpus ſeptẽ diebꝫ voluit̃ erit nobiſcũ
pñs in iſto ſacramento vſqꝫ ad cõſummatõez ſecl'i. Et iſta ꝓ
miſit ipſe qui nõ mentit̃ dicẽs. Ecce ego vobiſcũ ſum vſqꝫ ad
ꝯſummatõez ſecl'i. Et vt ſpecialius de vnaquaqꝫ veſte dicat̃
Sciẽdũ ꝙ illa camiſia vl' ſuppelliciũ ſignificat ꝙ ſacerdos de
bet habere mundiciã vite. Eſt etiã illa camiſia de lino albo
⁊ mũdo. ⁊ ꝓpt' hoc dicit ſacerdos. Lauabo inter innocentes
man⁹ meas ⁊ circũdabo altare tuũ dñe. Amictũ qđ ponit̃ ſu
per caput ſignificat eleuatiõez mentis ad deũ quã ſacerdos debet
habere pre alijs. maxĩe qñ dicit miſſaꝫ. vñ dicit ipſe. Surſum
coꝛda. i. coꝛda ſint eleuata ſurſuꝫ ad deũ. Alba que eſt lõga ſignificat
perſeuerantiã in bono quã debet habere ſacerdos. qꝛ qui ꝑſe
uerauerit vſqꝫ in finẽ hic ſaluus erit. Cingulum. i. zona quod
pꝛohibet veſtes ne fluant per terrã ſignificat timoꝛẽ qui pꝛohibet ne
aĩe fluant per pctm̃. qꝛ dicit ſapiens. Qui timẽt dñm ꝓpera/
bunt coꝛda ſua ⁊ in ꝯſpectu illius ſctĩficabũt aĩas ſuas. Ma
nipulus ſignificat fructũ bonoꝝ opm quẽ boni ſacerdotes repoꝛta/
bunt in paradiſo. vñ de eis dicit pſ. cxxv. Uenientes aũt ve
nient cũ exultatione poꝛtantes manipulos ſuos. Stola ſignificat

moꝛtificationem carnis vnde ponitur ad modum crucis ad
deſignandum ꝙ ſacerdos debet poꝛtare crucem penitentie
i coꝛde ⁊ i coꝛpe ſuo. Et ita dic̃ apl's. Moꝛtificatõez ihu chri
ſti in coꝛpoꝛe veſtro circumferentes. Caſula que cooperit om
nes alias veſtes ⁊ pꝛeeminet omnibꝫ alijs ſƚ caritatem que p̄
eminet omnibꝫ virtutibꝫ: que operit multitudinem peccatoꝝ.
In caritate ergo radicati ⁊ fundati iuſte viuamꝰ. vt dic̃ apo
ſtolus. Multe alie adaptiones poſſent adduci. ſed ille quo
ad nunc ſufficiant.

¶ Quibꝫ debet dari ſacramentũ euchariſtie Cap̃. ix.

Quoniam non eſt bonum ſumere panem filioꝝ ⁊ mit
tere canibus ad manducandũ. ⁊ margarite non ſunt
porcis dande. Cũ in iſto ſacramento ſacratiſſimo cõ
tineatur panis viuus qui de celo deſcendit. chriſtus. ſ. verꝰ
deus ⁊ verus homo. qui eſt nobiliſſima margarita. quam cũ
inuenerit homo abſcondit ⁊ pꝛe gaudio illius vadit ⁊ vendit
vniuerſa que habet ⁊ emit eam. Ideo iſtud ſacramentum nõ
eſt dandum canibus vel poꝛcis. i. peccatoꝛibus crudelibꝫ et
immundis. Ad videndum ergo quibꝫ debet dari iſtud ſacra
mentum. videnduꝫ eſt pꝛimo de modo manducandi iſtud ſa
cramentum. Sciendũ ergo ꝙ iſtud ſacramentũ poteſt ſumi
coꝛpoꝛaliter tm̃. ⁊ ſpiritualiter tm̃. ⁊ ſacramentaliter ⁊ coꝛpo
raliter inſimul. et coꝛpoꝛaliter et ſacramentaliter et ſpiritua/
liter inſimul. Et ſm̃ hoc iſtud ſacramentũ quatuoꝛ modis ſu
mitur tm̃. Quidam eñ ſumunt iſtud ſacramentum coꝛpora
liter tm̃. ſic̃ ſi aliquis infidelis qui non credit in iſto ſacramẽto
eſſe veraciter coꝛpus chriſti ſumeret hoſtiã conſecratam. ſu/
meret hoc ſacramentum coꝛpoꝛaliter tm̃. qꝛ conſtat ꝙ non ſu
meret ſpiritualiter cũ non reciperet fructum ſacramenti/ Nec
etiã reciperet ſacramentaliter. quia ille recipit ſacramentaliť
iſtud ſacramentum qui credit veraciter in iſto ſacramẽto eſſe
coꝛpꝰ chriſti. ⁊ iſte vt dictũ eſt nõ credit. quare nõ recipit iſtđ
ſacramentũ ſacramentaliter ſꝫ ſolum coꝛpoꝛaliter. Et ideꝫ di
co de mure vl' de cane vl' de quacũqꝫ alia beſtia ſi ꝯtingat (qđ
abſit) ꝯmedere hoſtiaꝫ conſecratam. Quidam recipiunt iſtud
ſacramentum ſpiritualiter tantũ. ſicut fideles iuſti ⁊ ſancti cũ

deuotione audiẽtes miſſam. vel habentes deuotionez ad au
diendam eam. qui non cõmunicent. ſunt tñ participes fructꝰ
iſtius ſacramenti. Et ſic intelligit᷑ verbum Auguſtini dicẽtꝭ
Crede ⁊ manducaſti. crede .ſ. fide formata. ⁊ mãducaſti ſpũa
liter. Quidã comedũt ſiue ſumũt iſtud ſacramentũ ſacramen
taliter ⁊ corꝑaliter ſimul. ſꝫ nõ ſpũaliter. ſicut falſi chriſtiani ꝗ
ſumũt iſtud ſacramentũ in pctõ mortali. tales em̃ corꝑalit᷑ ſu
mũt. qꝛ ſupponit᷑ ꝙ recipiũt ſpecies ꝯſecratas. ⁊ etiã ſumunt
ſacramentaliter. qꝛ ex quo ſunt chriſtiani credũt ſub illis ſpe
ciebꝫ corpꝰ chriſti veraciter ꝯtineri. ⁊ ſic vtunt᷑ ſacramento vt
eſt ſacramentũ. ſꝫ nõ recipiũt ſpũaliter. qꝛ nõ ꝑcipiunt fructũ
ſacramenti. Quidã recipiũt iſtud ſacramẽtũ corꝑaliter ſacra/
mentaliter ⁊ ſpũaliter ſimul. ſicut illi qui cũ deuotione ⁊ fide
exiſtentes in caritate ⁊ gratia dei recipiũt iſtud ſacramentuꝫ
qꝛ ex perceptiõe eius multa bona recipiũt. in pñti .ſ. gratiaꝫ. ⁊
in futuro gloriã. ¶ Scdõ videndũ eſt que requirunt᷑ ad de/
bitã ſumptionẽ huius ſacramenti. Et notandũ eſt ꝙ tria req̃
runt᷑ .ſ. immunitas a peccato mortali. eleuatio mentꝭ ad deuꝫ
⁊ mũdicia corꝑalis. De primo dictum eſt ſupra in primo ca.
⁊ dicet᷑ etiaꝫ aliquid in iſto. De ſecũdo .ſ. de eleuatiõe mentꝭ
ad deũ dicit ſacerdos añ inceptionẽ canonis: Surſuꝫ corda
quaſi dicat ꝙ volẽs ſumere iſtud ſacramẽtũ debet habere cor
ſuũ eleuatũ ad deum. De tercio .ſ. de mundicia corꝑali vide/
mus ꝙ tractantes aliqđ ſacramentũ manus ſuas lauãt. ⁊ idõ
cũ in iſto ſacramento tractet᷑ ille qui eſt ſanctuſſctõꝝ requirit᷑
in ſumente mundicia corporalis. ¶ Notandũ tñ ꝙ immuni
tas a peccato mortali de nec̃itate requirit᷑ ad ſumptiõeꝫ debi/
tam iſtius ſacramẽti. alia ãt duo requirunt᷑ de magna ꝯgru
itate. ⁊ ideo cũ aliqua immundicia corꝑalis habeat aliqñ ſe/
cũ annexã culpã mortalẽ ⁊ hebetudinẽ mentꝭ .ſ. pollutio que
accidit in ſomnis. Videndũ eſt de iſta pollutione quõ impe/
dit ſumptionẽ iſtius ſacramenti. Sciendũ eſt ergo ꝙ pollu/
tio que accidit in ſomnis nõ eſt pctm̃ de ſe. ſꝫ poteſt eſſe effe/
ctus pctĩ mortalis vel venialis vel nullius ſꝫm ꝙ cã eius põt
eſſe vel pctm̃ mortale vel veniale vel nullũ. Sup hoc ergo ſp
recurrendũ eſt ad cãꝫ vñ prouenit iſta pollutio. Poteſt auteꝫ

ſta pollutio prouenire. vel ex cogitatione preterita. vl' ex ebri
etate. vel ex crapula. vel ex temptatione diabolica. vel ex infir
mitate. vel ex alleuiatione nature. Primis duobꝰ modis nõ
poteſt eſſe ſine peccato mortali vel veniali. qꝛ ſi cogitatio de
liberata ⁊ cũ ꝯſenſu preceſſerit. vel ebrietas vel crapula fuit
deliberata vl' ꝯſuetudinaria pctm̃ eſt mortale. Et iõ talis pol
lutio impedit nccãrio ſumptiõez iſtius ſacramẽti. Si aũt co/
gitatio nõ fuit cũ ꝯſenſu deliberato vel ebrietas nõ fuit deli
berata vel ꝯſuetudinaria eſt pctm̃ veniale ⁊ iõ talis pollutio
nõ impedit de nccitate ſumptiõez iſtius ſacramẽti. ſꝫ tñ de cõ
gruitate impedit. ⁊ potiſſime ſi fuerit in turpi ymaginatiõe ꝓ
pter quã (vt ꝯmunit' dicit') deprimit' mens. Sꝫ ſi ſit aliq̇d qd ꝓ
ponderet ſic reuerẽtia feſtiuitatꝭ. vel timeat' de ſcandalo non
debet dimitti ꝓpt' hoc ꝑceptio corporis chriſti. Si aũt ꝓueni/
at ex illuſiõe diabolica nõ credo q debeat dimitti. maxime ſi
eueniat tpe magne feſtiuitatꝭ vel generalis ꝯmuniõis. Si au
tẽ eueniat ex infirmitate nature vel alleuiatiõe nature ſi dimit
tat' ꝓpt' reuerentiã laudabile eſt. niſi ſit aliq̇d qd reformet pec
catũ. vt dictũ eſt ſupra. Et illud decretũ qd dicit q homo pꝰ
talẽ pollutiõez debet abſtinere. xxiiij. horis intelligẽdũ eſt cũ
diſtinctiõe ſupradicta. ¶ Viſo ergo q tot modis ſumit' iſtd
ſacramentũ. ⁊ que requirunt' ad debitã huius ſacramenti ſũ/
ptiõez videndũ eſt nũc qui debẽt ſumere iſtd ſacramentũ. vñ
ſciendũ q iſtud ſacramentũ debet ſumi a ieiunis. vt habetur
vij. q. i. nihil. de cõ. di. v. vt ieiuni. ¶ Notãdũ vero q duplex
eſt ieiuniũ. quoddã eſt ieiuniũ nature. q̊ddã eſt ieiuniũ eccl'ie.
Jeiuniũ nature ſoluit' ꝑ ſuſceptiõez cuiuſcũqꝫ cibi vel potꝰ vl'
etiã medicine. Jeiuniũ eccl'ie ſoluit' p̃ ꝯmeſtiõez cuiuſcũqꝫ ci
bi ſumpti in modũ cibi vna ꝯmeſtiõe excepta. Qñ ergo dicit'
ſacramentũ eucharistie debet ſumi a ieiuno intelligit' de ieiu
nio nature. qꝛ priꝰ debꝫ intrare in os chriſtiani ille ſctiſſimꝰ
cibꝰ q̃ quicũqꝫ alius cibꝰ. ita q ille qui ſumit iſtũ cibũ ſacro/
ſctm̃ nihil añ ſumpſerit illa die ꝑ modũ cibi vel potꝰ vel medi
cine. Veruntñ qꝛ nccitas nõ habꝫ legẽ. ⁊ infirmis nõ eſt im/
ponenda lex. iõ infirmi ⁊ illi qui ſunt in nccitate poſiti ⁊ ꝯſti/
tuti nõ ſunt obligati ad hoc. immo in q̃cũqꝫ hora ſiue de die

ſiue de nocte. ſiue poſt prandium ſiue ante poſſunt qñ eis fue
rit neceſſe iſtud ſacramentũ ſumere. Sed quid ſi aliquis ſa-
cerdos vel alius qui debet cõicare lauet de mane ſibi os. ꝛ for
te trãſglutit aliquid de aqua. nũquid impedit a ſumptõe iſtiꝰ
ſacramẽti. Dico ꝙ añ ſumptiõez iſtiꝰ ſacramẽti decẽs eſt ꝙ
quilibꝫ corꝑaliter ꝛ ſpũaliter mũdet ſe q̃ꝫtũ poteſt. ꝛ iõ lauare
os añ ſumptõez iſtiꝰ ſacramẽti laudo ꝛ approbo. ita tñ ꝙ caue
at ne aliq̃d de aqua trãſglutiat ſcient. Verũtñ ſi aliq̃d trãſglu
tiat nõ in magna ꝛ notabili q̃ꝫtitate cũ ſaliua ꝛ ꝑ modũ ſaliue
nõ credo ꝙ impediat ſumptiõez iſtiꝰ ſacramẽti. ¶ Sꝫ pono
ꝙ aliq̃s de nocte ꝯmedat aniſũ vel feniculũ vel aliq̃d aliud
ſumpſerit. ꝛ aliq̃d de reliquijs remãſerit inter dentes. ꝛ cũ ab
luit os trãſglutit aliq̃d de hoc qd remãſit inter dentes. nũq̃d
impedit a ſumptiõe iſtiꝰ ſacramẽti. Dico ꝙ nõ ex q̃ ſcient nõ
facit ſꝫ trãſglutit ꝑ modũ ſaliue. Iſtud etiã ſacramẽtũ nõ debꝫ
ſumi niſi ab illo qui habꝫ vſuꝫ rõnis. vñ nõ debꝫ dari pueris añ
q̃ꝫ ꝑueniãt ad annos diſcretiõis. ſic habet in ca. Oĩs vtriuſq̃
ſexus. extra de pe. ꝛ re. q2 añ iſtud tẽpus neſciũt diſcernere in
ter cibũ ſpiritualẽ ꝛ cibũ corꝑalẽ. ꝛ ſic nõ adhiberẽt debitã re
uerentiã tanto ſacramẽto. Eadẽ etiã ratione iſtud ſacramen-
tũ nõ eſt dandũ amentibꝰ ſiue furioſis. Diſtinguẽdũ eſt tñ de
iſtis. q2 aut tales fuerũt furioſi a natiuitate. ita ꝙ nunq̃ꝫ habu
erũt vſum rationis. ꝛ credo ꝙ talibꝰ iſtud ſacramẽtũ nõ debꝫ
dari. q2 iſtud ſacramentũ requirit actualẽ deuotiõez in ſuſci-
piẽte. ꝛ tales nõ poſſunt habere eã. Aut tales aliquotiẽs ha
buerũt vſuꝫ rõnis ſꝫ amiſerũt ipm propt aliquã cãꝫ. ꝛ habẽt ali
qua lucida interualla. tꝑe q̃ hñt talia lucida ĩterualla ſi petãt
cũ deuotõe iſtud ſacramẽtũ ꝛ velint recipe reuerent dꝫ eis da
ri. ita tñ ꝙ tꝑe furie nullo mõ det eis ꝓpt cãꝫ iã dictã. Freneti
cis etiã nõ dꝫ dari iſtud ſacramentũ. maxĩe ſi timeatur de irre
uerẽtia ad ſacramentũ. ſic̃ de ſputõe vel aliquo alio tali. Lo
quor q̃q̃ꝫ de freneticis in quibꝰ ligatus eſt omnino vſus rõnis
Demoniacis aũt ſi cũ reuerẽtia ꝛ deuotõe peterẽt. credo ꝙ de
berꝫ dari. dũ tñ tales habeãt vſuꝫ rõnis ꝛ actualẽ deuotiõem
ad ſacramentũ. Et credo ꝙ tãtã deuotiõez poſſent habere ad
ſacramentũ ꝙ ꝟtute ſacramẽti iſtiꝰ a demonio liberarent. Le

proſis etiam non debet dari iſtud ſacramentum. quod intelli
go de leproſis ſic infectis ꝙ nō poſſent corpus dominicū re/
cipe ⁊ tractare in ore ſuo quin reijceret ipm̄. ſicut ſunt multi qbꝰ
ceciderūt labia ⁊ dentes. ⁊ ſunt toti corroſi vſqꝫ ad guttur. Si
cut ſcribit̃ de quodā monacho ciſtercieñ. in vita ſcti Lodoui
ci quondā regꝭ francie. cui qñ ponebat̃ ſibi bolus in ore cade
bat ſibi ille bolus. Et tali ſic leproſo nō debꝫ dari corpus chri
ſti. Alijs aūt leproſis bñ poteſt dari. Sacerdos aūt leproſꝰ
nō debꝫ in pñtia ppl'i celebrare. ſꝫ ſi ad pꝫtē in ſecreto vellet ce
lebrare poſſꝫ. Et ita intelligo illa capl'a extra de cle. egroto. ⁊
rectoribꝰ ⁊ tua nos. Hugo etiā dicit ꝙ ſacerdos leproſus poſ
ſet celebrare alijs leproſis pñtibꝰ damnatꝭ ad mortē pro crimi
nibꝰ ſuis. qbꝰ niſi de gr̃a ſpeciali ñ dat̃ corpꝰ chriſti. ſic illis q̇
ſuſpendunt̃ vel ſubmergunt̃ vel ꝯburunt̃ vel quolibꝫ interfi/
ciūt̃. Illis aūt q̇ p crimīe hereſis ꝯburūt̃ ſi cū deuotiōe hūili
tate ⁊ reuerentia petāt debꝫ dari corpꝰ chriſti. ſicut habet̃ ex/
tra de hereticꝭ. c. ſup eo. li. vi. ¶ Sꝫ nunqd exiſtenti in pctō
mortali dandū eſt corpꝰ chriſti. Dicendū ꝙ pctm̄ aut eſt no/
toriū aut occultū. Si eſt notoriū. puta ſi eſt notoriꝰ vſurariꝰ
vel notorius ꝯcubinariꝰ vel quolibꝫ aliter notorius pctōr ni/
ſi deſiſtat ac ꝓm ſtatuta eccl'ie ꝯdigne peniteat. nō eſt danduꝫ
ſibi corpus chriſti q̄ꝫtumcūqꝫ petat. immo eſt ſibi dicendum
Amice nō eſt bonū ſumere panē filioꝝ ⁊ mittere canibꝰ. Si
aūt eſt pctm̄ occultū. aut iſte corpus chriſti tpe quo tenet̃ cōi/
care petit. puto tpe generalis ꝯmunionis. vel qꝛ eſt infirmus
⁊ ſic de alijs caſibꝰ in quibꝰ tenet̃ quilibꝫ ꝯmunicare. aut petit
alio tpe. ſi petat alio tpe q̄ꝫtumcūqꝫ petat in publico nō tenet̃
ſacerdos ipſum dare ſibi. ſed dicere ſibi. Amice nō eſt tempꝰ
modo ꝯmunicandi. ⁊ iō nō debeo tibi dare corpꝰ chriſti mō
ſed expecta tempus ſtatutū. Si aūt petat tpe quo tenet̃ ꝯmu
nicare tunc aut iſte petit corpus chriſti in publico aut in ſecre
to. ſi petat in ſecreto nō eſt ſibi danduꝫ. immo eſt monendus
ne petat in patibulo. Sed ſi talis ſit pertinax in malicia ſua ⁊
petat in publico ſibi dari corpus chriſti ſacerdos debꝫ ipſuꝫ
ſibi dare. quia non debet eum prodere. nec aliquis debet ꝓua
ri iure ſuo quouſqꝫ ſit declaratum ipm̄ amiſiſſe ius illud. Et

ſideo cum quilibet parrochianus habeat ius petendi corpus
chriſti a ſuo curato. ⁊ curatus ſit obligatus ad dandū iſto tē
pore corpus chriſti parrochianis ſuis ⁊ nullus fidelis ꝑuer̃
iſto iure niſi per pctm̄ mortale ꝯmiſſum publice. Et iō q̄ꝫtū/
cūqꝫ ſciat ſacerdos ſubditū ſuū eſſe in pctō mortali niſi pecca
tū ſit notoriū nō debꝫ ſibi denegari corpus chriſti. ſi tpe ſtatu
to ⁊ in publico petat ipm̄ ſibi dari Et ita legit̃ feciſſe. b. Bern̄.
qui cū quodā die ꝯmunicarꝫ monachos ſuos q̄dā quē btūs
Bern̄. ſciebat eſſe in pctō mortali inter alios acceſſit ad eū. ⁊
btūs Bern̄. dedit ſibi corpus chriſti dicēs ſubmiſſa voce. iu
dicet dn̄s inter me ⁊ te quaſi vellet dicere. dn̄s ſcit ꝙ tu indig
ne accedis ⁊ nō poſſum tibi negare. ⁊ ideo ipē iudicet inter me
⁊ te. ⁊ ſtatim ille miſer accepto corpe chriſti cecidit mortuꝰ in
terrā: Et iō quilibꝫ caueat ſibi ne indigne accedat. nō em̄ no/
ceret ſacerdoti ſꝫ ſibiipſi. Et ſacerdotes bn̄ facerēt ſi iſtud exē/
plū ⁊ ſimilia ſuis ſubditis frequenter nunciarēt. ¶ Sꝫ num/
quid ſuſpectꝫ in crimīe debꝫ dari iſtud ſacramentū ſi requirāt
Dico ꝙ triplex eſt ſuſpitio. qꝛ quedā eſt violēta. quedā ꝓbabi
lis. quedā leuis. Suſpitio violēta eſt ꝯtra quā nō admittit̃ ꝓ
batio ſicꝫ ſi aliquis inuenit̃ cū aliqua muliere corrupta in lecto
ſolus cū ſola. nudꝰ cū nuda. loco ⁊ tpe ad hoc aptꝫ. nec etate
nec parentela. nec aliquo alio obſtantibꝫ eſſꝫ violēta ſuſpitio
vel p̃ſumptio ꝙ cognouiſſꝫ eā. ita ꝙ nō admitteret̃ ꝓbatio in
ꝯtrariū. Probabilis ſuſpitio eſt illa que orit̃ ex aliquibꝫ ſig/
nis ⁊ ꝯiecturꝫ ꝓbabilibꝫ. Sicꝫ ſi aliquis inueniret̃ frequēt̃ cū
aliqua loquēs in loco ſuſpecto. eſſꝫ ꝓbabilis ſuſpitio ꝙ aliq̄d
malū agerēt. Leuis ſuſpitio eſt que orit̃ ex fatua ⁊ inordina/
ta ſuſpitione alicuiꝰ. Et iſta dicit̃ leuis. i. fatua ſuſpitio Si/
cut ſi viderē aliquē bonū virū ⁊ aliquā bonā iuuenculā ſalu
tantes ſe vel ſibi arridentes nō in loco nec tpe ſuſpectꝫ fatuū
eſſꝫ me preſumere ꝙ male agerēt. Et de tali dic̄ Salo. Qui
cito credit leuis eſt corde. Qn̄ ergo querit̃ vtrū ſuſpectis de
aliquo crimine debeat corpus chriſti dari. Dico ꝙ ſi de aliq̄
habeat̃ ſuſpitio violenta de aliquo crimīe notorio ꝙ illi debꝫ
denegari corpꝰ chriſti. Vbi gratia. de aliquo habet̃ ſuſpitio vi
olēta ꝙ ſit notorie hereticus vel vſurariꝰ vel ꝯcubinariꝰ. ⁊

ſic de alijs. Dico ꝙ anteq̄ꝫ dēt̄ ſibi corpus chriſti debꝫ ſe pur
gare de huiuſmodi crimine. extra de pur. ca. ij. Si aūt habe/
atur de eo ſolū ſuſpitio probabilis nō debet ſibi denegari cor
pus chriſti quouſqꝫ eſſet probatū ꝯtra eū. licet notorie habe
ret̄ talis ſuſpitio ꝯtra eū tn̄ eſſꝫ monendꝰ ꝙ purgaret ſe añq̄ꝫ
accederet ad ꝯmunicandū. ⁊ ſi ꝯſentiret bn̄ faceret. Si aūt ꝑ
ſeuerant̄ inſtaret ⁊ negaret crimē de quo probabiliter preſu/
meret̄ ꝯtra eū: nō credo ꝙ añ ꝓbationē eſſet priuandus iure
qđ habet in petendo ⁊ accipiendo corpus chriſti. p̄ſertim cū
res ſua agat̄. ⁊ ſi indigne accipiat noceat ei ⁊ nō alij. Tn̄ cre/
do ꝙ ſacerdos ad terrorē poteſt ſibi dicere ⁊ debꝫ aliq̄ ꝟba cō
minatoria dicendo. ſi digne accepis proficiat tibi ad ſaluteꝫ
corpis ⁊ aīe. ſi indigne iudicet dn̄s inter te ⁊ me Si aūt p̄ſum
ptio leuis habeat̄ ꝯtra aliquē de quocūqꝫ crimine ꝓpt̄ taleꝫ
ſuſpitōeꝫ cū ſ. t leuis ⁊ fatua. in nullo debet agi ꝯ eū in ſpeciali
In generali tn̄ eſſꝫ bonū ꝙ ſacerdos diceret aliqua ꝟba ꝯmi
natoria oñdendo ꝙ nullus debꝫ preſumi eſſe malus niſi con/
ſtet pro certo. in ca. de preſump. qꝛ mlti mlta loquūt̄. Et ꝙ q̇/
libꝫ debꝫ ſe purgare quo ad deū ⁊ q̊ ad pplm añq̄ꝫ accedat ad
iſtud ſacramētū. ¶ Sꝫ nūquid excōicatꝰ debꝫ dari iſtud ſa/
cramētū. Dico ꝙ nō. q̄ꝫdiu em̄ ſunt excōicati diuiſi ſunt a ꝑ/
ceptōe ſacramētoꝝ ⁊ a cōione fideliū. ¶ Sꝫ q̇d ſi aliq̇s excōi
catꝰ ſit in ꝑiculo mortꝭ ⁊ petat ſibi dari corpus chriſti. q̇d de
bet fieri. Dico ꝙ aut iſte ſit excōicatꝰ a canone ſiue a iure aut
a iudice. Si eſt excōicatꝰ a canone ſiue a iure ſacerdos debꝫ
eū abſoluere ſi ip̄e petat humiliter abſolutiōeꝫ. qꝛ in periculo
mortꝭ ſimplex ſacerdos poteſt eū abſoluere a quacūqꝫ ſnīa ex
cōicationis lata a canone. Etiā ſi abſolutio eſſꝫ ſedi aplice re
ſeruata: vt habet̄ in ca. paſtoralis. de offi. ordi. Tn̄ in quocū/
qꝫ caſu abſoluat̄ debꝫ abſolui ſb̄ hac forma. ꝙ ſi dn̄s ſibi det
⁊ preſtet vitā ſtatim q̄ꝫcito p erit vadat ad illū qui poteſt eū
abſoluere mandatū illius ſuper illis pro quibus excōicatus
fuerit humiliter ſuſcepturus Si nō facit ſtatim relabit̄ in eā/
dem excōicationis ſentētiā ip̄o iure. vt habet̄ extra de ſen. ex.
ca. eos qui. li. vi.. Si aūt eſt excōicatus a iudice. aut ēſt excōi
catꝰ pro ꝯtumacia tm̄. aut pro aliquo delicto ſiue debito. aut

pro aliquo alio. tali caſu ⁊ quomodocunq; ſit debet abſolui ſi
petat humiliter abſolutionē. Ita tñ ꝙ primo det pignora vł
cautionē ydoneam ꝙ parebit. i. obediet mandatis eccleſie ⁊
ſatiſfaciet paſſis iniuriam. Et ſi nequit dare pignora vel cau
tionē iuret ꝙ ſatiſfaciet q̄cito poterit. Sȝ quid ſi aliquis exi/
ſtens in peccato mortali vel excōicatus exiſtens in periculo
mortis mittat pro ſacerdote vt ꝯfeſſionē eius audiat ⁊ eū ab
ſoluat. ⁊ det ſibi corpus chriſti ⁊ añq; ſacerdos accedat ad eū
amittat loquelam. nunquid debȝ ſibi dari corpus chriſti. Di
co ꝙ ſi intelligat aliquid monendꝰ eſt. ſi nō poteſt loqui ꝙ o/
ſtendat aliqua ſigna ꝯtritionis. ſic ꝙ iunctas manꝰ eleuet ad
deū. ⁊ ꝑcutiat pectus ſuū. ⁊ ꝑ aliqua alia ſigna oñdat ſe petere
abſolutionē a pctis ⁊ ſnia excōicationis. ⁊ parētes eius ⁊ ami
ci debēt loco eius ⁊ vice ꝓmittere ⁊ fideiubere vł pignora da
re ſi poſſint ꝙ ſi dñs preſtet ſibi vitā pñtabit ſe ꝯſpectui eiꝰ q̄
eū abſoluere poteſt mandatū illius ſup hoc humiliter receptu
rus. ⁊ ſic debȝ eū abſoluere ⁊ cōicare. Si aūt nihil intelligat
ſi ꝯſtet ⁊ ꝓbari poſſit ꝙ ſigna ꝯtritiōis ⁊ pnīe preceſſerint dȝ
abſolui ⁊ cōicari. recept tñ prius cautionibꝫ vel pignoribꝫ vł
iuramēta a parētibꝫ ⁊ amic ꝑ moduȝ qui dictus eſt ſupra.

¶ Notandū aūt ꝙ ſacerdos qñ cōicat pplm ſuū debȝ eū mone
re de aliquibꝫ. Prīo ꝙ nō accedat ad iſtud ſacramentū cū cō/
ſciētia alicuius pcti mortalis. Scdo ꝙ omittat odiū ⁊ ran/
corē cuicūq;. Tercio ꝙ nullus excōicatꝰ accedat nec niſi ieiu
nus niſi in cauſa neceſſitat. Quarto ꝙ añ cōionē ⁊ poſt abſti
neant ſe ab vxoribꝫ ſuis ad minꝰ ꝑ tres dies. de cō. di. ij. Dis
homo. xxiij. q. iiij. ſciat. Quito ꝙ poſt ſumptionē corꝑis chri
ſti nō ſpuat in loco immūdo. vel in locū vbi poſſȝ ſputū calca
ri pedibꝫ ⁊ hoc añ ꝯmeſtionē poſt receptionē corpor chriſti ſi
endam: Sexto ꝙ ſibi q̄ztū potuerint abſtineant a vomitu ⁊ a
nauſea. Notandū etiā ꝙ poſt ſumptionē corporis chriſti dȝ
ſumi de vino aliq̄ztulū ne aliquid de iſto ſacramento in ore re
maneat ⁊ ſpuendo emittatur. Unde in aliquibus eccleſijs eſt
laudabilis conſuetudo ꝙ in die paſce poſt ꝯmunionen ſumi
tur de vino ⁊ pane.

¶ De ritu quo debet dici miſſa. Caplm. x.

# De euchariſtia

Omnia honeſte ⁊ ſm ordinē fiant in vobis. Verba
ſunt apl'i informantis ⁊ inſtruentis nos q̄uo ordina/
te ⁊ honeſte oīa opa noſtra maxīe illa q̄ ad cultuꝫ dei
pertinent faciamus. inter que principaliter eſt miſſa. Si ergo
in alijs nr̄is opibꝫ honeſte ⁊ ordinate debemꝰ nos hr̄e. ml'to
magꝭ in miſſa dicēda. Dicēdū eſt ergo nūc de ritu miſſe. i. de
mō quo dꝫ dici miſſa. Sciēdū ḡ ꝙ ſacerdos armis ſpūalibꝫ
armatꝰ. i. ſacrꝭ veſtibꝫ (de quibꝫ ſupra dictū eſt) indutꝰ dꝫ ac
cedere ad altare. Et qꝛ vt dicit Salo. Juſtus in principio ſer
monis accuſator ⁊ ſui. prīo ſacerdos dꝫ accuſare ſeipm̄ in cō/
feſſiōe. faciēdo. ſ. ꝯfeſſiōeꝫ generalē. que valꝫ ad remiſſioneꝫ
pctōꝝ venialiū ⁊ etiā mortaliū oblitoꝝ. Sꝫ de mortalibꝫ de
quibꝫ recordat̄ debꝫ an̄q̄ȝ induat̄ ſe vl' ip̄e accedat ad altare ſa
cramētaliter ꝯfiteri. ⁊ facta ꝯfeſſiōe, pcedat ad miſſam. Notā
dū aūt quare iſtud ſacramentū vocat̄ miſſa. ſm Aug. dꝛ miſ/
ſa. qꝛ dū iſtud ſacramentū ꝯficit̄ mittit̄ celeſtis miſſus. Et ſm
qꝫ exponit Innoc̄. Iſte celeſtis miſſus eſt magni ꝯſilij ange
lus. ⁊ mittit̄ iſte ad ꝯſecrandū. Vn̄ iſte ſacerdos inuiſibilis q̄
principaliter ꝯſecrat ⁊ ꝯficit hoc ſacramentū vbicūq̄ȝ ꝯficiat̄
vn̄ ip̄e eſt ſacerdos ⁊ ſacrificiū. vt dicit idē Aug. Aliā rōneꝫ
aſſignat Hugo dicēs. ꝙ ip̄a hoſtia pot eſt vocari miſſa. quia
trāſmiſſa eſt prīo a patre vt eſſꝫ nobiſcū. poſtea a nobis patri
vt pro nobis intercedat. Sciendū aūt ꝙ miſſa in tribꝫ lin
guis celebrat̄. ſ. hebraica. greca. ⁊ latina. Nā Alleluia. Amē
Oſanna Sabaoth ſumūt̄ de hebraica. kyrieleyſon. Chriſte
leyſon ſumunt̄ de greca. Reliqua oīa ſumunt̄ de latina. Di/
citur aūt miſſa in iſtis tribꝫ linguis. qꝛ titulus chriſti in cruce
pendentis ſcriptus fuit hebraice. grece. ⁊ latine. Diuidit̄ er/
go miſſa in quatuor partes. ſ. in obſecrationes. orationes. po
ſtulatōes. ⁊ gratiarūactiōes. Prīa pars ptinet ad ppl'i inſtru
ctiōeꝫ. ſcđa ad materie ꝯſecrationē. tercia ad materie ꝯſecra
te ſumptionē. quarta ad gratiarū actionē. Prīa pars protēdi
tur a principio vſq̄ȝ ad offertoriū. Scđa pars ab offertorio
vſq̄ȝ ad finē orationis dominice. i. vſq̄ȝ ad finē de pater noſter
Tercia pars vſq̄ȝ ad cōionem. Quarta ꝟo pars ptendit̄ vſq̄ȝ
ad finē. Prima pars cōtinet decē partes. Nā primo dicit̄ in/

troitus. ⁊ dicitur introitus qꝛ tunc ſacerdos miniſtraturꝰ de
bʒ ad altare ītrare. Et eſt ſciēdū ꝙ antiq̄tꝰ loco ītroitꝰ dice/
batᷣ totꝰ vnꝰ pſalmꝰ. ⁊ cātabatᷣ a clero: circa ḡdus altarꝫ. ⁊ iō
vocatᷣ graduale. Sʒ btūs Hiero. qui ex mandato dn̄i Dama
ſi pape eccl̄iaſticū officiū ꝑ maiori pte inſtituit preter cantuʒ
ordinauit diuerſos introitus ſm̄ diuerſitatē dieꝝ ⁊ feſtoꝝ. ⁊
de illo pſalmo qui antiquitꝰ dicebatᷣ ⁊ cantabatᷣ loco introi/
tus. accipit vnū verſum. Et eſt ſciendū ꝙ in ſingulis ſimpli/
cibꝫ diebꝫ introitꝰ bis cantatᷣ. ad deſignādū ꝙ in chriſto ſūt
due nature. ſ. humana ⁊ diuina. In ſolennibꝫ dicitᷣ ter ad de
ſignandū tria tpa. ſ. tēpus qḋ fuit ante legē. tēpus ſub lege. ⁊
tēpus gratie. Vn̄ duabꝫ primis vicibꝫ dicitᷣ ſubmiſſa voce.
qꝛ in primis duobꝫ tēporibꝫ nō aperte nec clare loquebātᷣ ho
mines de chriſto. tercia aūt vice dicitᷣ alte. qꝛ in tercio tpe in
oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ. ſ. apl'oꝝ ⁊ euangeliſtaꝝ. Poſt in/
troitū ſeq̄tᷣ. kyrieleyſon chriſteleyſon. kyrieleyſon idē eſt qḋ
dn̄e miſerere. chriſteleyſon ꝟo idē eſt qḋ chriſte miſerere. Et
dicitᷣ ter ꝑpter patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ ſctm̄. Et dicitᷣ nonies ꝑpter
nouē ordines angeloꝝ quibꝫ virtute miſſe aſſociari petimus.
In diebꝫ ſolennibꝫ poſt kyrieleyſon cantatᷣ hymnus angeli/
cus. ſ. Gloria in excelſis deo. quē hymnū angeli in natiuita/
te chriſti decantauerūt. vſqꝫ ibi bone voluntatꝭ. Reliqua om
nia. ſ. laudamus te ⁊c̄. btūs Hilarius ep̄s pictauienſis appo/
ſuit. ⁊ ad miſſam cantari inſtituit. Et debet cantari iſte hym/
nus in feſtis apoſtoloꝝ. martirū ⁊ confeſſoꝝ. in quoꝝ honore
dedicata eſt eccleſia. Et in feſtiuitatibus Marie. Sed qn̄ in
diebus profeſtis cantatᷣ miſſa de beata virgine Maria vl' de
ſpirituſancto. vel de quocūqꝫ alio ſancto. nō debʒ in ea hym
nus angelicus vel ſimbolum decantari. licʒ in miſſa propria
decantetᷣ prefatio Et ratio eſt. vt dicitᷣ extra de cele. miſ. ca. cō
ſilium. vt inter ꝯmemorationē ⁊ ſolennitatē differentia oſten
datᷣ. In ſabbato aūt qn̄ cantatᷣ de beata virgine Maria cre/
do ꝙ debʒ dici gloria in excelſis deo. qꝛ illa dies eſt ſpecialiᷣ
dedicata beate Marie virgini ꝑpter multa que nō oportʒ h̄
dicere Dicto hymno angelico ſacerdos ꝯuerſus ad populū
ſalutat illū dicendo. dominus vobiſcū. que ſalutatio fuit ſum

# De eucharistia

pta de veteri teſtamento.ſ.de libro Ruth.qñ dixit Booz meſ
ſoribus ſuis.dominus vobiſcum.¶ Sciendum aũt ꝙ ep̃s
loco dominus vobiſcũ dicit.Pax vobis.Et ratio eſt:qꝛ ep̃s
repreſentat perſonã chriſti.qui qñ ſalutabat diſcipulos ſuos
dicebat.pax vobis.¶ Et eſt ſciendũ ꝙ ꝗuis in eccleſia non
ſit niſi vnus.ſemper tñ debꝫ dicere ſacerdos.dñs vobiſcũ.qꝛ
loquiť toti eccleſie.Et ei reſpondeť.ꝛ cũ ſpiritu tuo.Que re/
ſpõſio fuit ſumpta ab apl̓o in epl̓a.ij.ad Thimo.iiij.Poſt ſa
lutationem ꝛ reſponſionem ſubiungit ſacerdos Oremus.lo
quens quaſi ſyndicus in perſona totius populi:Et dicto ore
mus dicit orationẽ.Et iſta oratio diciť collecta.qꝛ olim ep̃s
ſiue ſacerdos omni ppl̓o collecto dicebat eã ſuꝑ ppl̓m.Quia
vero temporibꝫ noſtris nos nõ poſſumus ita ppl̓m colligere
dicimus orationẽ que antiquo ꝛ generali vocabulo retẽto vo
cať collecta.Et ſciendum ꝙ iſte orationes debent dici ſb̓ cer
to numero.ita ꝙ dicať vna vel tres vel quinqꝫ vel ſeptẽ.Qñ
diciť vna ſ̄cat vnitatẽ eſſentie que in tribꝫ pſonis eſt.Qñ di/
cunť tres ſ̄cat trinitatẽ pſonaꝝ.Nã prima ſ̄cat pſonã patris.
ſcd̓a pſonã filij.tercia ſ̄cat pſonã ſpũſſcti Uel dicunť tres.qꝛ
chriſtus in ſua paſſione cuius iſtud ſacramentũ eſt memoria
ter legiť oraſſe.Primo qñ orauit vt tranſiret ab eo hora ſue
paſſionis.Scd̓o qñ dixit.Pater ignoſce illis qꝛ neſciũt quid
faciũt.Tercio qñ dixit.In manus tuas ꝯmendo ſpm̃ meum
Qñ dicunť quinqꝫ ſ̄cãt memoriã quinqꝫ vulnerũ chriſti Qñ
dicunť ſeptẽ ſ̄cant ꝙ ſacerdos ſi digne dicat miſſam exaudiť
pro omnibꝫ ſeptẽ petitionibꝫ que in oratione dominica ꝯtinẽ
tur.Uel ad deſignandũ ꝙ petit ſeptẽ dona ſpũſſcti ſibi ꝛ ali/
is pro quibꝫ dicit miſſam virtute miſſe infundi.Et vt dic̃ ma
giſter Johes beleth nõ debẽt dici vltra ſeptẽ.Et eſt ſciendũ
ꝙ qñ diciť miſſa pro viuis nõ debet dici aliqua collecta pro
defunctis.ꝛ etiã qñ diciť miſſa pro defunctꝫ nõ debet dici ora
tio pro viuis.niſi illa cõis.Oĩps ſempiterne deus.qui viuoꝝ
ꝛ mortuoꝝ ꝛc̃.Si aũt in miſſa pro viuis aliquo caſu dicať col
lecta pro mortuis nõ debet vltima dici ſꝫ penultima.qꝛ finis
debꝫ rñdere principio.Et dictꝫ collectꝫ reſpõdeť amẽ ad ꝯfir
mationẽ.Collectꝫ finitꝫ diciť epl̓a.ꝛ diciť ad populi informa

tionem. Et dicitur epiſtola ab epy quod eſt ſupra. ⁊ ſtolon qđ
eſt miſſio. quaſi ſupra miſſa. qꝛ epiſtole fuerūt ſupra miſſe euā
gelio. Et nota ꝙ nullus debꝫ dicere epl'aꝫ niſi fuerit ſubdiaco
nus. Vñ melius eſt ꝙ ſacerdos dicat eā q̄ꝫ puer qui iuuat eū
ad miſſam. Poſt epl'aꝫ dicit' rñſoriū. qđ ſic nominat'. qꝛ ꝟſui
ſuo vel epl'e rñdere debꝫ. Verſus ꝟo dicit' a vertēdo. qꝛ illi q̄
dicūt ipm debēt ſe ꝟtere ad orientē. Poſtea dicit' all'a. cū ꝟſu
ſuo. qđ eſt canticū leticie Vñ tpe ieiunioꝝ. qđ eſt tēpus luctꝰ
nō debꝫ dici all'a. nec eadē rōne in miſſa pro mortuis. In ma/
gnis ſolennitatibꝫ dicit' poſt All'a Sequētia. i. proſa que etiā
eſt canticū leticie Et ſic ꝑcant iſta duo leticiaꝫ gl'ie paradiſi. ad
quā virtute miſſe deuenire ſperamus. Poſt hoc immediate
legit' euāgeliū ⁊ in principio ille qui legit illud ſalutat ppl'm
vt reddat eū attentū ad audiendū euāgeliū. Dicit' aūt euāge/
liū ab eu qđ ē bonū. ⁊ āgelꝰ qđ ē nūciꝰ q̄ſi bonꝰ nūciꝰ. qꝛ i euā
geliū onciat' xp̄s qui eſt magni ꝯſilij angelꝰ. Vl' qꝛ in eo nūci
ant' oia que ꝑtinēt ad ſalutē noſtrā. Et nota ꝙ qñ euāgeliuꝫ
ſumit' de principio debet dici initiū ſcti euāgelij. ſic in euange
lio Math. Liber generatiōis. ⁊ in euāgelio Luc. Fuit in di
ebꝫ Herodis regis. ⁊ in euāgelio Joh. In principio erat ver.
Cū aūt euāgeliū nō ſumit' de principio debꝫ dici ſequētia ſā/
cti euāgelij. ⁊ ē ſenſus. ꝟba ſeqntiū ſunt ꝟba ſcti euangelij.
Notandū eſt ꝙ dicto titulo euangelij debet rñderi. gloria ti/
bi dñe. qꝛ in euāgelio agit' de gl'ia dei ⁊ noſtra qualiter. ſ. chri
ſtus vicit dyabolū ⁊ nos redemit. ⁊ victor ad gl'iaꝫ patrꝭ aſcē/
dit. Et ideo auditores euangelij letantes ad laudē ſui ſaluato
ris ſiue redemptoris exclamant dicētes. gl'a tibi dñe. quaſi di
cant. Dñe gloria tua que in euangelio predicat' nobiſcū ſine fi
ne permaneat ⁊ ſemper creſcat. Notandū etiam ꝙ qñ legi
tur euangelium duo cerei debent accendi. in ſignum ꝙ dñs
miſit diſcipulos ſuos binos ⁊ binos ante faciem ſuam predi
care euangelium illud. Ergo notandum eſt ꝙ quando incho
atur euangelium tam clerus q̄ꝫ populus. tam proferēs q̄ꝫ au
diens debent ſe munire ſigno crucꝭ in fronte in ore ⁊ in pecto
re. In fronte qꝛ frons eſt locus verecūdie. Vñ hoīes inuere
cūdos effrōtes. i. ſine frōte dicimꝰ. Per hoc ḡ ꝙ frōti ſignū

# De euchariſtia

crucis imponimus ſignificamus ꝙ non erubeſcamus crede
re in chriſtū crucifixū. ⁊ eū verꝫ deū ⁊ hoīez ꝯfiteri. In hoc aūt
ꝙ os ⁊ pectus ſignamus oñdimus nos audacter ⁊ ſimplr̄ cō
fiteri ore. ⁊ fideliter ⁊ firmiter credere corde chriſtū crucifixū
cuius liber legiť deū ⁊ dñm nr̄m eſſe. Sacerdos itaqꝫ vl' dy/
aconus euāgeliū lecturꝰ ſe ſignat in frōte in ore ⁊ in pectore q̄
ſi dicat nō erubeſco euāgeliū ip̄m ore predico ⁊ corde credo.
Librū etiā ſignat ac ſi dicat. hic eſt liber crucifixi Dū aūt euā
geliū legiť cuncti deponūt velamina capitū ꝓpter duo. Pri
mo ad oſtendendū ꝙ euangelica doctrina oīa velamina legꝭ
antique remouit. Scd̄o ad oñdendū ꝙ oēs quinqꝫ ſenſus de
bent eſſe apti ad audiendū euangeliū. Et ſciendū ꝙ ille qui di
cit euangeliū debꝫ habere faciē ad aquilonē. in ſignū ꝙ in vir
tute ſcti euangelij debemus nos munire ꝯtra inſidias diabo
li que veniūt ab aquilone. Ut eni͂ dicit Hieremias. Ab aq̄/
lone pandeť omne malū Finito euangelio quilibꝫ debꝫ ſe mu
nire crucis ſignaculo ꝯtra diabolū ne rapiat euangeliuꝫ ſiue
ſermonem euangelij de ore ſeu de corde eius. Poſt euangeli
um immediate ſequiť ſymbolū. ſ. Credo in vnū deū qđ non
debꝫ dici niſi in diebꝰ ſolennibꝰ. nō tn̄ in oībꝰ. ſꝫ ſolū in illis de
quibꝰ mentio fit in ſymbolo. Uñ debꝫ dici in oībꝰ diebꝰ dñicꝭ
⁊ in feſto ſctē trinitatꝭ. in natiuitate dñi. in circūciſiōe dñi. in
epiphania. in feſto paſce. in aſcenſioue. in feſto penth. in feſto
omniū ſctōꝝ. in tranſfiguratione dñi. in feſtis beate Marie
virginis. in feſtis omniū aplōꝝ ⁊ ſancte crucis. In alijs aūt
feſtiuitatibꝰ nō debet dici. Dicto ſymbolo ſequiť offertoriuꝫ
quod diciť ab offerendo. qꝛ tūc offerimus ea que ſunt neceſ
ſaria ad miſſā. ſ. panē vinū ⁊ aquā. ⁊ ſacerdos offert iſta duo
dicens. Suſcipe ſancta trinitas ⁊c̄. Et facit ſignū crucis ſu
per panem ⁊ vinū ad hoc vt deus ea ſanctificet. Et nota ꝙ ſa
cerdos benedicit aquam ⁊ nō vinū. quia aqua ſignificat po/
pulum qui indiget benedictione dei. vinum aūt ꝑ chriſtum
qui eſt ſup omnia benedictus. Et in hoc terminatur ꝑma ps
miſſe que eſt ad ppli inſtructōez ⁊ prepatōez ad tantū ſacramē
tū. ¶ Seq̄ť ſcd̄a ps que eſt de materia ꝯſecratōis Et iſta hꝫ
q̄tuor ptes. Pria ps dr̄ ſecreta: ſcd̄a ps prefatio. tercia ps ca

non.quarta dominica oratio. Recepta oblatione ſacerdos la
uat ſibi manus ⁊ rediens ad altare inclinat ſe ꝓfunde dicẽs.
In ſpiritu humilitatꝭ.ad denotandũ ꝙ ꝑ mundiciã ⁊ innocẽ
tiã vite ⁊ humilitatẽ ⁊ ɔtritionẽ cordis efficiť quis dignꝰ mi
niſter huiꝰ ſacramẽti ⁊ erigẽs ſe vertit ad populũ dicẽs. Ora
te pro me fratres ⁊c. Et iõ illi qui audiũt debẽt orare ꝓ eo di
cendo illũ pſalmũ. Exaudiat te dñs in die tribulatiõis ⁊c. vł
dicendo. Dominus ſit in corde tuo ⁊ in ore tuo vt ſuſcipiat ſa
crificiũ de ore tuo de manibꝫ tuis pro tua ⁊ noſtrũ omniũqꝫ
ſalute. Et laici ſe debẽt inclinare ſilr̃ ⁊ dicere illud quod ſci
unt. Tũc ſacerdos dicit ſub ſilentio ſecretas. ¶ Et eſt ſcien/
dum ꝙ totidẽ ſecrete ⁊ in eodẽ ordĩe de eiſdẽ debẽt dici quot
collecte preceſſerũt ante in exordio miſſe ante epl'aꝫ nec plu/
res nec pauciores. Et diciť ſecreta . qꝛ ſecrete pronunciať cũ
tñ olim alta voce diceret vnde ab omnibus laicis ſciebať. Se
cundũ aũt quod narrat magiſter Johẽs beleth in ſumma ſua
ɔtigit ſemel in quadam die ꝙ quidã paſtores ſuꝑ quendã la/
pidẽ ponerẽt panẽ ⁊ dicerẽt ſecretã ⁊ alia verba canonis ſuꝑ
panẽ.qui ad verboꝝ eoꝝ ꝓlationẽ in carnẽ ɔuerſus.in q̊s di
uinitus facta fuit acerrima vindicta. Nã omnes ictu fulmi/
nis mortui ſunt. Et ideo ſtatutũ fuit.vt de cetero iſte ſecrete
ſub ſilentio dicerentur.ita ꝙ neſciantur a laicis. Secunda
ratio eſt ne vileſcat ſicut ſacra ſcriptura obſcure tradita eſt ne
vileſcat. Poſtea ſacerdos dicit alta voce. Per omnia ſecula ſe
culorum. Et reſponſo:amen ſacerdos non vertens ſe ad po/
pulum ſalutat ipſum dicendo. Dominus vobiſcum. De qua
ſalutatione ⁊ eius reſponſione dictum eſt ſupra. Et qꝛ in illo
ſacramento requiritur magna eleuatio mentis ad deum.idõ
dicit ſacerdos. Surſum corda.quaſi dicat.habete corda ſur
ſum eleuata ad deum.iuxta verbum apl'i dicentis. Que ſur/
ſum ſunt querite. Et populus quaſi obediens ſiue conſenti/
ens dicit.habemus ad dominum corda eleuata. Et qꝛ pro oĩ
bus que deus nobis contulit gratias ei impẽdere debemus
ſubiũgit ſacerdos Grãs agamus dño deo noſtro.⁊ ppl's rñ/
det quaſi ɔſentiens.dignũ ⁊ iuſtum eſt. Poſtea ſequiť prefatio
Et diciť prefatio quaſi prelocutio.i.ad miſterium preparatio

ita ꝙ in pꝛefatione nominantur aliqui oꝛdines angeloꝛuꝫ. qꝛ
in miſſa angelos pꝛeſentes eſſe credimus ⁊ aſſiſtere ſacerdo-
ti. Dicta pꝛefatione ſubiungit̃ cantus angeloꝝ. ſ. Sanctus
ſctũs ſctũs dñs deus ſabaoth. i. exercituũ. etiã oſanna. i. ob-
ſecro ſalua. Et dicit̃ ter ſctũs ad denotandũ trinitatẽ pſonaꝝ
qꝛ dicit̃ pꝛimo ſctũs pro pſona patrꝭ. ſcdo. p pſona filij. tercio
pro pſona ſpũſſcti. Et dicit̃ dñs deus in ſingulari. ad oñden-
dum ꝙ vna eſt eſſentia in tribꝰ pſonis. Et ſumit̃ iſtud de Iſa
ia. Iſa. vi. Iſaias em̃ dicit ſe vidiſſe ſeraphin clamãtia. Sã-
ctus ſctũs ſctũs ⁊c̃. Vñ nos cantica angeloꝝ decantamꝰ. qꝛ
per hoc ſacrificiũ hoĩes aſſumi ad angeloꝝ oꝛdines nõ dubi
tamus. ⁊ iõ cũ eis in excelſis ſaluari clamamus. Et poſt hoc
dicit̃ aliꝰ verſus. ſ. Bñdictus qui venit ⁊c̃. qui verſus ſumit̃
ex euãgelio Mat. xxi. ⁊ iõ dũ cantat̃ debꝫ fieri ſignũ crucꝭ. in
ſignũ ꝙ ſumit̃ de euãgelio qđ eſt liber crucifixi: ⁊ iõ iſto ver-
ſu ꝯfitemur chriſtũ veniſſe in mundũ. ⁊ ab eo ſaluari rogamꝰ
Poſtea ſequit̃ canon ⁊ incipit ibi. Te igitur ⁊c̃. ⁊ durat vſq̧
pax dñi. Et dicit̃ canon qđ eſt nomẽ grecũ. ⁊ vult dicere in
latino regula. Et ideo dicit̃ canon. i. regula. qꝛ per huiuſmo
di verba fit regulariter huius ſacramenti ꝯſecratio. vel qꝛ ce-
lebrãs regulariter debꝫ in omnibꝰ ſe habere. Et totũ quicq̇d
ꝯtinet̃ in iſto canone excepto Pater noſter dicit̃ ſub ſilentio.
Et huius cauſa triplex eſt: Pꝛĩa qꝛ deꝰ nõ attẽdit clamoꝛeꝫ
oꝛis ſꝫ coꝛdis. Vñ dicit Berñ. Nõ vox ſꝫ votum. nõ coꝛdula
muſica vocum. Nõ clamoꝛ ſꝫ amoꝛ ſonat in oꝛe dei. Secũda
cauſa eſt ne miniſter qui cũ ſumma reuerẽtia ac deuotione ac
mentꝭ recollectiõe debꝫ habere ⁊ pꝛoferre oĩa ꝟba canõis lõ
go clamoꝛe fatigatus impediat̃ vel deficiat a ſua deuotione.
Tercia cauſa eſt ne ꝑ quotidianũ ⁊ frequẽteꝫ vſum ꝟba vile
ſcant. ⁊ in locꝭ nõ ꝯpetentibꝰ dicant̃. ⁊ ſic fiãt in ruinã vt ſupꝛa
de paſtoꝛibꝰ dixi. In quodã em̃ decreto ꝓhibet̃ ſub anathẽa
te vt nullus niſi ſacrꝭ veſtibꝰ indutꝰ. ⁊ in libꝛo ⁊ ſuꝑ altare cõ
ſecratũ ꝓferat ꝟba canonis. Et iõ qꝛ vir pollutus labijs ego
ſum. ⁊ iſta ſacratiſſima verba ſunt ita archana ꝙ nõ licꝫ ea ho
mini peccatoꝛi loqui. iõ de ipis taceo. Hoc aũt dico ꝙ nulli
pꝛopꝛia autoꝛitate niſi dño pape licꝫ aliquid de eis ſubtrahe

re vel addere. ¶ Notandũ vero ꝙ canon ſignanter incipit ꝑ
iſtã lr̃az. T: que antiquit⁹ fiebat per modũ cruc ꝫ: qm̃ ſacrifi-
ciũ qḋ fit ꝟtute iſtoꝝ verboꝝ eſt memoratm̃ dominice paſſio
nis. Vñ chriſtus qui inſtituit hoc ſacramẽtũ dixit. hoc facite
in meã ꝯmemoratõez. Lu. xxij. Et qm̃ iſta ꝟba efficatiã hñt a
paſſiõe chriſti. Vñ ꝓpt̃ hoc imago crucifixi dꝫ ibi depigi. In
iſtꝫ etiã ſacratiſſimis verbis fit oꝛõ generalis pro eccl'ia catho
lica. ꝛ pro papa qui eſt caput eccl'ie. ꝛ pro epõ. Et credo ꝙ dꝫ
intelligi ꝓ epõ in cui⁹ dioceſi dꝛ miſſa. ꝛ pro epõ etiã q̇ ordia
uit celebrantẽ. Orat̃ etꝫ pro rege q̇ eſt dñs tpalis. Orat̃ etiã ꝓ
oĩbꝫ orthodoxis. i. chriſtianis catholice ꝛ apl'ice fidei cultori
bꝫ. q̃ ꝟba exponent̃ in tercia ꝑte hui⁹ opis. qñ aget̃ de credo
in deũ. Vñ ꝑ iſta ꝟba excludunt̃ ſciſmatici. heretici. iudei. ſa-
raceni. pagani ꝛ excõicati. Et ſic nota hic nõ orari ꝓ excõicatꝫ.
Poſt hoc fit oꝛõ ſpẽalis pro illis ſiue alijs q̇bꝫ obligat⁹ eſt ſa
cerdos. Et credo ꝙ ſic eſt eis obligat⁹ ex ordine caritatꝫ. ita
tenet̃ ordinare eos in miſſa. ita ꝙ ṗmo ponat illũ cui ṗmo eſt
obligat⁹. ꝛ ſic de alijs. Ita tñ ꝙ ſi ſpẽalit̃ dicit miſſaz pro aliq̃
ꝙ virtutẽ ſacrificij referat ad ipm̃. ꝛ ꝓpt̃ hoc nõ excluditur
quin poſſit ꝛ debeat orare pro alijs. Et tñ circa iſtã oꝛõez ad-
uertendũ eſt ꝙ dꝫ eſſe mẽtalis ꝛ nõ vocalis. Et rõ põt aſſigna
ri quo ad nũc duplex. Pꝛĩa vt ſacerdos ſit magꝫ recollect⁹ ꝛ
attent⁹. qꝛ ſermo aliq̃tiẽs impedit attẽtiõez. Scḋo ad oñden
dũ ꝙ de⁹ nõ attẽdit ad clamorẽ orꝫ ſꝫ cordis. vt ſupra. ¶ No
tandũ etiã ꝙ null⁹ fidelis cui⁹ occurrat memoria debꝫ exclu
di ab oꝛõne iſta. immo quilibꝫ cuius occurrit memoria ẽ deo
ſpecialit̃ ꝯmendand⁹ alias ſacerdos peccaret. ¶ Notandũ
etiã ꝙ ſacerdos añq̃ꝫ dicit miſſam poteſt facere iſtã oꝛõez di
cendo mentaliter. Dñe deus meus ego in miſſa intẽdo tibi re
cõmendare iſtũ ꝛ iſtũ. poſtea ſufficit ꝙ dicat mẽtaliter in miſ
ſa. Memẽto dñe iſtoꝝ q̃s tibi añ recõmẽdaui. Poſtea noĩan
tur m̃lti ſcti ꝛ ſcte q̇ oẽs pro chriſto ſe ſacrificauerunt exponẽ
do ſe morti. Et iſta pro nũc ſufficiãt q̃ ad ꝟba canonis. ¶ Sꝫ
dicendũ eſt aliq̃d de ſignis que fiũt in canone. Vñ ſciendum
ꝙ ſᷓm qḋ dicit Inno. in li. de miſſa. crucꝫ ſignatõẽs que fiunt
in miſſa ſunt in numero. xxv. ꝛ fiunt in. vij. vicibꝫ que ſignifi-

cant expreſſe paſſionem chriſti. Prima vice fiunt tres dicen
do illa verba. Hec dona: hec munera. ⁊ ſcant trinā traditio/
nem chriſti. Nā primo fuit traditꝰ a deo patre. qui eū in mū
dum miſit. Scḋo a iuda traditore. qui eū vendidit. Tercio a
iudeis. qui eū Pilato ad crucifigendū tradiderūt. In ſecūda
vice fiūt quinqꝫ dicēdo illa verba. Bn̄dictā aſcriptā ⁊c̄. ⁊ ſcāt
quinqꝫ ꝑſonas que fuerūt in paſſiōe chriſti. ſ. ꝑſonā chriſti vē
diti. ꝑſonā iude vendentꝫ. ⁊ ꝑſonas ementiū. que fuerūt tres.
ſcꝫ pontifices. pharisei ⁊ ſcribe. In tercia vice fiunt due dicē
do illud verbū benedixit. qḋ verbū dicit̃ primo ſuꝑ panē. ſecū
do ſuper vinū. ⁊ fiūt iſte due cruces propt̃ ꝯuerſionē duplicꝫ
materie. ſ. panis ⁊ vini. In quarta vice fiūt quinqꝫ dicēdo illa
verba. hoſtiā purā ⁊c̄. ⁊ ſcant quinqꝫ vulnera que chriſtꝰ ꝑtu
lit in cruce. In quinta vice fiūt due. vna ſuꝑ corpꝰ alia ſuper
ſanguinem. dicendo illa verba. ſacroſanctū filij tui corpꝰ ⁊c̄.
⁊ ſcant vincula quibꝫ ligatꝰ fuit chriſtus ⁊ flagella. quibus
fuit flagellatꝰ. In ſexta vice fiūt tres dicendo illa verba. ſctīfi
cas viuificas ⁊c̄. ⁊ ſignificāt tres crucifixiones chriſti. Nam
primo fuit crucifixus linguis iudeoꝝ. ſecūdo ſententia Pila
ti. tercio manibꝫ militū. In ſeptima vice fiūt quinqꝫ dicendo
illa verba. per ipm ⁊ in ipſo ⁊c̄. tres cū corꝑe ſuꝑ calicē ⁊ due
alias ſuper altare a latere. ⁊ ſcant tres cruciatus. ſ. paſſionis
propaſſionis ⁊ compaſſionis. ⁊ aquā ⁊ ſanguinē que fluxerūt
de latere chriſti. ⁊ ſic fiunt in vniuerſo. xxv. qui eſt numerꝰ cu
bicus ad deſignandū quantūcunqꝫ multiplicet̃ ſacrificiū eſt
ſemper vnū. Et iſtud ſufficiat de ſignis canonis ⁊ ꝑ ꝯñs de
ſcḋa ꝑte miſſe. que eſt ad materie ſacramenti ꝯſecrationē. exce
pto ꝙ qñ dicit̃ pax dn̄i fiūt tres cruces. Sequit̃ tercia ꝑs q̄
eſt ad materie ſacramēti ſumptionē. Et in iſta ꝑte primo ſacer
dos frangit hoſtiā in tres ꝑtes. quaꝝ prima ſcat corpus chri
ſti miſticū. i. fideles qui peregrinant̃ in mundo. ſcḋa illos q̄
ſunt in purgatorio. tercia illos qui ſunt in paradiſo. Et dicto
per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. ⁊ reſponſo. amen. dicit ſacerdos Pax dn̄i
ſit ſꝑ vobiſcū. faciēdo tres cruces cū vna ꝑte hoſtie ſuꝑ calicē
⁊ ſcat ꝙ per mortem chriſti fuit pax inter deum ⁊ hominē re
formata. Et dicit̃ ter agnus dei. Agnus dicit̃ ab agnō qḋ eſt

pitim. quia Chriſtus Jeſus ſua pietate nos redemit. Vel di
citur agnus ab agnoſcendo. qꝛ ſolo balatu agnus matrez ſuā
agnoſcit. ſic chriſtus in paſſione ſua matrem ſuam agnouit.
⁊ ideo dicit̄ ter agnus dei. qꝛ chriſtus in cruce pendens tria
cognouit: ſ. patrē ſuū ei obediēdo. ⁊ matrē ſuā virginē virgi/
ni ꝯmendādo. ⁊ genꝰ humanū ipm̄ redimē do. Et dicit̄ bis
miſerere. ⁊ vltimo dicit̄. dona nobis pacē. ad oñdenduz ꝙ in
mundo iſto ⁊ in purgatorio indigemus miſericordia dei. ⁊ in
paradiſo habebimus pacē ⁊ requiē opulentā. In miſſa ꝓ de
functꝭ dicit̄. dona eis requiē. qꝛ miſſa pro eis dr̄ vt veniāt ad
requiē paradiſi. Poſtea ponit vnā ꝑtē hoſtie in calicē. ⁊ ſ̄cat
illos qui ſunt in paradiſo. qui ſunt inebriati glīa paradiſi. ſ̄m
illud pſ̄. xxxv. Inebriabunt̄ ab vbertate domꝰ tue. Poſtea
accepto pacꝭ oſculo ſ̄m quoſdā ab euchariſtia. ſ̄m alios a ca/
lice. ſ̄m alios ab altari dat pacē dyacono. ⁊ ille ſubdyacono.
⁊ ſic per iſtos deſcēdit ad alios. ad deſignandū ꝙ pax dei que
exupat oēz ſenſum ꝑ chriſtū deſcēdit ad p̄latos. ⁊ de prelatꝭ ad
ſubditos. Et ſ̄cat etiā ꝙ oēs qui volūt eſſe ꝑticipes fructus
iſtiꝰ ſacramēti debēt eſſe in vinculo pacꝭ ⁊ caritatꝭ aſtricti. Po
ſtea dicta quadā oꝛōne ſacerdos recipit ſalramentū ſub vtra
qꝫ ſpecie. Laicꝭ aūt nō dat̄ ſub ſpecie vini propt̄ ꝑiculū effuſi
onis. Poſt ſumptiōez ſacramēti ſumat vinuz ⁊ abluat os niſi
eſſ̄z illa die aliā miſſam celebraturus. ⁊ tm̄ de tercia parte.
Quarta pars miſſe que ꝑtinet ad gratiaꝝ actiōez pꝛio cōtinet
cōionē. ⁊ dꝛ cōio a con qđ eſt ſimul ⁊ vnio. ad denotandū ꝙ il
lius ſacramēti ꝟtute ſumus ꝑ charitatē vniti deo ⁊ proximo.
Poſt cōionē dꝛ poſtcōio quedā oꝛō que ſic nominat̄ qꝛ dicit̄
poſt cōionē. Et debēt dici iſte oꝛōnes eodē numero ⁊ eodē oꝛ
dine quibꝰ fuerūt dicte collecte añ epl̄aꝫ: ⁊ eodē modo termi/
nari. Poſtea ſalutato populo ⁊ rñſo. ⁊ cū ſpū tuo. dicit ſacer/
dos. Ite miſſa eſt. ⁊ eſt ſenſus. ite poſt me ad chriſtū ⁊ ſequa/
mini eū. qꝛ hoſtia eſt miſſa pro vobis ad dñm patrē placādū
vel ite ad propria. qꝛ miſſa eſt ꝯpleta. Et nota ꝙ ite miſſa eſt.
nō debꝫ dici niſi dicat̄ glīa in excelſis. ſꝫ debꝫ dici. bñdicamꝰ
dño. ⁊ in miſſa pro mortuis. requieſcant in pace. Si querat̄
quare ñ in fine cuiuſlibꝫ miſſe dꝛ ite miſſa eſt. Rñdeo ꝙ corpꝰ

Chriſti miſticuꝫ quod eſt eccleſia eſt triplex.ſ.iſtud quod eſt
in celo glorificatum:i.ſancti qui ſunt in paradiſo. Aliud qđ
eſt adhuc in terris.i.fideles qui ſunt in hoc mũdo. Aliud qđ
iaꝫ receſſit de hoc mũdo nõ tñ adhuc eſt in paradiſo.i:fideles
qui ſunt in purgatorio. Licꝫ ergo quelibꝫ miſſa totũ corpus
chriſti myſticũ reſpiciat:ſic patꝫ ꝑ triplicē hoſtie portiõeꝫ. tñ
ſꝫm iſtā triplicē differētiā ꝯtigit miſſas ter appropriari. Que
dā eñ celebrant̃ ad honorē ſctõꝝ.qui qꝛ iā ſunt corā deo.ideo
in illis miſſis licenciat̃ pplus ꝛ dicit̃ ite miſſa eſt.quaſi dicat̃.
ite feſtinate ingredi in illā requiē. Quedā ſpẽaliter celebrant̃
ad ſalutē viuoꝝ.ꝛ qꝛ nõ ſumus certi de ſalute noſtra.iõ debe/
mus eſſe ſolliciti ne ꝑ negligentiā noſtrā in nobis miſſe effica
cia euaneſcat.iõ dicit̃ in iſtis miſſis in fine bñdicamꝰ dño ſꝫm
illud pſ̃.xxxiij. Bñdicā dñm in omni tp̃e Quedā dicunt̃ ſpẽa
liter ad requiē defũctoꝝ.ꝛ in illis dicit̃.requieſcāt in pace. Et
nota ꝙ ſacerdos quinquies ſe vertit ad pplm.ꝛ cũ hoc ſepti/
es ſalutat ip̃m. Qꝛ aũt quinqͤs ꝯtit ſe ad pplm ſ̃cat ꝙ quinqͤ
es chriſtus apparuit in die reſurrectiõis ſue. Pͥo marie mag
da.in orto.ſcđo mulieribꝰ euntibꝰ ꝛ redeuntibꝰ de monumēto
tercio btõ petro.ꝛ iõ qñ ſe vertit tercio ſacerdos nõ loquit̃ al
te.q̃rto apparuit diſcipl̃is qñ intrauit ad eos ianuis clauſis.
ꝛ Thomas nõ erat cũ eis.quinto apparuit duobꝰ diſcipulis
euntibꝰ in emaus. Qꝛ aũt ſalutat ſepties pplm ſ̃cat ꝙ virtute
miſſe ſalutē ꝯſequamur eternā.in qua habemꝰ ſepteꝫ dotes.
quatuor ex ꝑte corꝑis.ꝛ tres ex ꝑte aīe. Notandũ etiā ꝙ iſtud
ꝙ ſacerdos incipit miſſam a dextera ꝑte altaris.ꝛ poſtea va/
dit ad ſiniſtrā.ꝛ iteꝝ redit ad dexterā ſ̃cat ꝙ chriſtus de dex/
tera patris venit in ſiniſtrā mũdi.ꝛ iteꝝ rediȷt in die aſcenſio/
nis ad dexterā patris iuxta illud Joh. Exiui a patre ꝛ veni in
mundũ.iteꝝ relinquo mundũ ꝛ vado ad patrē. Si aũt que/
rat̃ vtrũ canõ debeat dici tarde aut cito.i.an debeat ſacerdos
ml̃tũ morari in canone aut nõ. Dicendũ eſt ꝙ ſacerdos debꝫ
cũ bona maturitate ꝛ cũ magna attentõe dicere oīa verba ca/
nonis.nõ tñ debꝫ ibi morari multũ ne muſce venientes ꝑdāt
ſuauitatē vnguenti.i.ne diabolice tēptatões ſibi ꝑdi faciāt ſu
auitatē vnguenti.i.ꝯtutē huius ſacramēti ſeu ſacrificij.qꝛ vo

luntas hominis labilis eſt ⁊ mutabilis.⁊ nunq̃ʒ in eodē ſtatu
permanet. Ideo ſub figura huius dictum fuit filijs Iſrael ꝙ
comederent agnum paſcalem feſtinanter. Notandum eti
am ꝙ nunq̃ʒ miſſa debet dici ſine lumine. Et iſta de ritu miſ
ſe ſufficiant.

De defectibus occurrentibus in miſſa. Caplm̄.xi.

Ubi maius periculū intendit ibi plenius eſt conſulen
dum.⁊ qꝛ in celebratione miſſe niſi debito modo fiat
imminet maximū periculū. iō de defectibꝰ qui in cele
bratione poſſent ꝯtingere debʒ ſummopē precauere. Pñt er/
go eſſe defectus in miſſa añ ꝯſecrationē vel poſt vel in ip̄a cō
ſecratiōe. Añ ꝯſecratōeʒ poteſt eſſe defectꝰ ſi nō miniſtret de
bita materia.puto ſi loco vini miniſtret aqua. Uñ pono ꝙ ſa
cerdos vl' miniſter eiꝰ q̇ ſeruit ſibi in miſſa ponat in calicē a/
quā credēs eſſe vinū albū q̇d debʒ fieri. Dicendū ꝙ ſacerdos
aut ꝑcipit iſtū errorē añ ꝯſecratōeʒ vl' poſt. Si añ ꝯſecratōeʒ
debʒ aquā eijcere ⁊ miniſtrare vinū cū aqua.⁊ ſic ꝓcedere. Si
aūt aduertat poſt ꝯſecratōeʒ aut aduertit añ ſumptōeʒ corꝑis
aut poſtea. Si añ adminiſtrare debʒ vinū cū aqua in calice ⁊
reincipere ibi. Simili modo poſtq̃ʒ cenatū eſt ⁊c̄. Si aūt ad/
uertat poſt ſumptiōeʒ corꝑis debʒ adminiſtrare vnā hoſtiaʒ
nō conſecratā.⁊ ponere vinū cū aqua in calice.⁊ reincipere a
principio canonis ſm̄ quoſdā. Tñ credo ꝙ ſufficeret reinci/
pere ab illo loco.cōicantes.⁊ ꝑficere miſteriū ſuū. Et ſi dicas
ꝙ forte iſte nō ꝑcipit iſtū errorē quouſqʒ ſumpſerit aquā que lo/
co vini fuit potata in calice.⁊ ſic nō eſſʒ ieiunus Et ſic vt vide
tur nō debʒ iterū conſecrare. In iſto caſu ſic dicto ꝙ iſtud eſt
tenendū pro regula generali.ꝙ qñcunqʒ circa vnā materiam
ſunt duo precepta fortius magꝭ obligat. modo circa celebra
tionē miſſe ſunt duo precepta Unū preceptū ē ꝙ miſſa dicat
a ieiuno. Aliud eſt ꝙ ſacramentū integrum ꝑficiat.i. ꝙ cele/
brans ſemꝑ conſecret ſub vtraqʒ ſpecie.ſ.panis ⁊ vini. Con/
ſtat aūt ꝙ p̄ceptū de integritate ſacramēti fortius eſt q̃ʒ p̄cep
tū ꝙ ſumat a ieiuno.cū illd reſpiciat eſſentiā ſacramēti.⁊ iſtd
eiꝰ vſuʒ.q̄re q̃ʒtūcunqʒ iſte ſumpſerit aquā ⁊ nō ſit ieiunꝰ.ni/
hilominꝰ tñ debʒ facere ſic̄ dictū eſt ſupra.ſ.ꝙ habeat hoſtiaʒ

non conſecratam ⁊ vinum ⁊ aquam adminiſtret. ⁊ reincipiat
a principio canonis. vel ab illo loco. cōicantes ⁊c. ⁊ ſic totuꝫ
proſequat̄ vſqꝫ ad finē. Sꝫ quid ſi ille qui adminiſtrauit vi/
nū in calice nō appoſuit ibi aquā quid faciēdū eſt. In hoc ca
ſu dico ꝙ ſi ſacerdos aduertat iſtud ante ɔſecrationē ſangui/
nis debꝫ ponere aquā in calicē. ⁊ ſic conſecrare. Si aūt ꝑcepit
poſt conſecrationē ſanguinis debꝫ conteri de negligentia ⁊ ꝑ
cedat in miſſa. qꝛ vinū eſt propria materia huius ſacramēti ⁊
nō aqua. vt dictū eſt ſupra. debꝫ tm̄ admiſceri ex quadā cōgru
itate Sꝫ quid ſi ſacerdos aduertat venenū immixtū eſſe in ca
lice vel araneā vel muſcā ibi cecidiſſe. nunquid debꝫ ſumere.
Certe q̄ꝫtū ad venenū vel araneā dico ꝙ nō. ne calix vite fiat
ſibi calix mortꝭ. ſꝫ ſanguis iſte debꝫ poni in aliquo vaſe mūdo
⁊ apto. ⁊ debꝫ poni inter reliquias cū aliqua ſcriptura notifi/
cante ibi eſſe ſanguinē chriſti ⁊ ꝙ nō ſumat̄ ab aliquo. qꝛ ſpē/
bus iſtis admixtū eſt venenū. Et niſi ſacerdos ſumpſerit cor
pus chriſti debꝫ ponere aliud vinū in calice cū aqua ⁊ reinci/
pere ab illo loco. Simili modo ⁊c. Si aūt ſumpſerit corpus
debꝫ habere aliā hoſtiā nō ɔſecratā. vt dictū eſt ſupra Quan
tū ad muſcā dico ꝙ ꝓpt̄ muſcā nō debꝫ dimittere. qui ſumat
nō tm̄ credo ꝙ debeat trāſglutire muſcā vt quidā dicūt. ſꝫ ſuffi
cit ꝙ lauet̄ ⁊ lotio ſumat̄. ⁊ ſi timeat de vomitu ɔmedat aliq̄d
ꝓhibens vomitū ⁊ muſca ɔburat̄ ⁊ cinis in ſacrario ɔſeruet̄
Et idē dico de aranea. ſ. ꝙ ſic debꝫ ɔburi ⁊ cinis in ſacrario re
ſeruari. ¶ Sed pono ꝙ qn̄ ſacerdos eleuat hoſtiā apparꝫ ibi
ſpecies pueri vel carnis quid faciet. Dico ꝙ aut iſtud appa/
ret oībus aut ſacerdoti tm̄. aut populo tm̄. Si apparet ita
omnibꝰ in iſto caſu debent fundi orationes ad deū vt reuerta
tur ad ſpeciē panis. ⁊ ſi fiat debꝫ ſumi. ſin aūt debet haberi a/
lia materia. ſ. hoſtia ⁊ conſecrari Si aūt nō appareat ſacerdo
ti ſꝫ populo tm̄ debet ſumi a ſacerdote Sꝫ poteſt ɔtingere ꝙ
calix cadat ⁊ ſanguis effundatur. quid ergo faciendū eſt tunc
Dico ꝙ quid agendū ſit in iſto caſu edocemur ex quodā decre
to Pij pape. in quo decreto dicit̄ ſic. Si per negligentiā ali/
quid de ſanguine ſtillauerit in terra lingua lambat̄ ⁊ terra ra
dat̄. Si ꝟo fuerit tabula vt nō ɔculcet̄ locus radat̄ ⁊ in igne

conſumatur.⁊ cinis intra altare condatur.⁊ ſacerdos.xl. die
bus peniteat. Si ſuper altare diſtillauerit calix ſorbeat mini
ſter ſtillam ⁊ tribꝰ diebꝰ peniteat: Si ſuper lintheū altaris ⁊
ad aliud ſtilla ꝑuenerit quatuoꝛ diebꝰ peniteat. Si vſqꝫ ad
tercium lintheum ſtilla peruenerit. peniteat nouem diebus
Si vſqꝫ ad quartum lītheuꝫ peniteat.xl.diebꝰ.⁊ lintheamina
que ſtilla tetigerit tribꝰ vicibꝰ abluat miniſter calice ſuppoſi
to.⁊ aqua ablutiōis ſumat̄ ⁊ in aliquo vaſe iuxta altare recon/
dat̄. Si quis ꝑ ebꝛietatē vel voracitatē euchariſtiā euomue/
rit ſi laicus fuerit.xl.diebꝰ peniteat.clericus vel monachus:
lxx.diebꝰ peniteat.ep̄s.xc. Si vero infirmitatis cauſa euomu
erit.vij.diebꝰ peniteat. Iſta habent̄ de cō.di.ij.ca. Si ꝑ ne/
gligentiā ⁊.ca. Si quis per ebꝛietatē. Et materia illiꝰ vomi
tus debꝫ accipi ⁊ ꝯburi.⁊ cineres iuxta altare recōdi. Que pe/
nitētia debꝫ eſſe iſta. Dicūt aliqui ꝙ oībꝰ diebꝰ illius penitē/
tie debꝫ ieiunare in pane ⁊ aqua ⁊ ceſſare a cōione. Alij dicūt
ꝙ ſufficit ꝙ faciat aliquā abſtinentiā vel dicat aliquas orati
ones. Sꝫ pono ꝙ aliq̄s ſacerdos induat ſe ad miſſam ⁊ poſt
q̄ꝫ iā pꝛoceſſerit ad miſſam recolit ſe aliquod peccatū moꝛtale
ꝯmiſiſſe de quo nō fuit ꝯfeſſus.vł recolit ſe excōicatū.quid fa
ciet iſte ſacerdos. Si pꝛocedat videt̄ peccare moꝛtaliter.qꝛ
iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit.ſi aūt ex toto dimittat magnuꝫ
ſcādalū pplo generat. Dicūt quidā ꝙ talis ſacerdos nō debꝫ
dicere ꝟba ꝯſecrationis ſꝫ ſimplr̄ hoſtiā debꝫ ſumere Et iſtō
nō eſt veꝝ.immo erroneū.qꝛ faciēdo ſic videt̄ grauiter pecca
re.qꝛ talis videt̄ deū illudere faciendo irreuerentiā ſacramē/
to ⁊ pplm decipet.qꝛ faceret eū idolatrare.⁊ ita ſe ei aſtringit
ita habet̄ de cele.miſ.c.de hoīe. Et idō dico ꝙ ſi iſte ſacerdos
nō poteſt dimittere miſſam abſqꝫ ſcandalo ꝙ doleat ⁊ penite
at ⁊ ꝯterat̄ de pctō ſuo.doleat etiā ꝙ ita tarde peniteat ⁊ pꝛo
ponat ꝯfiteri q̄ꝫ cito poterit habere opoꝛtunitatē.⁊ ꝯſecret in
nomine domini.qꝛ in iſto caſu ſummus ſacerdos.ſ.deus ab/
ſoluit eū. Et licꝫ quidā dicāt ſile eſſe in ſentētia excōicationis
tn̄ credo ꝙ in iſto caſu ſi ſacerdos nō ꝓceſſerit ad ꝯſecratōeꝫ
debet dimittere fingendo ſe infirmū.vel habere aliquā neceſ/
ſitatē legittimā.vł nō poſſit dimittere doleat ⁊ peniteat.⁊ ꝑ/

ponat ſe facere abſolui. Et credo q̧ q̄ʒtum ad illud peccatum
abſolutus eſt a ſummo ſacerdote. ſ. a deo ⁊ hoc quo ad culpā
Utrum aūt ſit abſolutus quo ad penaʒ irregularitatis nō de
termino hic. ¶ Sʒ pono q̧ ſacerdos habeat ꝯſcientiā eo q̧ 8
obmiſit aliq̄d de verbis canonis nūquid debʒ ea repetere Di
co q̧ aut habeat ꝯſcientiā probabilē ⁊ quaſi certā aut habʒ cō
ſcientiā leuē ⁊ ſcrupuloſam. Si habʒ ꝯſcientiā certā vl' mltuʒ
probabilē q̧ dimiſit aliquid de verbis canonis. debʒ ea repe
tere. potiſſime ſi habet talē ꝯſcientiā de verbis ꝯſecratōis. qꝛ
nō intelligit̄ iteratū qđ dubitat̄ probabiliter vel neſcit̄ eſſe fa
ctū: vt dicit̄ de cō. diſt. iiij. ſi nulla. extra de preſ. nō bap. c. ve
niens. Debet tñ vt credo ſacerdos habere iſtā intentōeʒ: Si
dixi iſta verba nō intēdo ea repetere cū intētiōe ꝯſecrandi. ſʒ
ſi nō dixi dico ea. Argu. extra de bap. ⁊ eius effec. ca. ij. vbi di
citur. Si tu es baptizatus nō te baptizo. ſʒ ſi nō es baptizatꝰ
te baptizo in noīe pa. ⁊c̄. Propter aūt leuē ⁊ ſcrupuloſam con
ſcientiā nō debēt iterari huiuſmodi ꝟba. Et iō ſacerdos mul
tū debʒ eſſe attentus ⁊ recollectus qñ dicit hec verba. Sed 9
pono q̧ ſacerdos qñ dicit miſſam faciēdo ſigna cū hoſtia for
te propt̄ frigus vel ꝓpt̄ inaduertentiā vel aliquid aliud hoſtia
cadit in ſanguinē quid debʒ fieri. Dico q̧ debʒ eā ibi dimitte
re nec extrahat eā inde. ſʒ ſumat eā cū ſanguine. qꝛ ſigna ⁊ fra/
ctiōes que fiūt cū hoſtia magis fiūt in ſignificatōeʒ. q̄ʒ ſint de
eſſentia miſſe. Pono etiā q̧ ꝓpt̄ frigus ſanguis ꝯgelet̄ in ca/ 10
lice. Dico q̧ tūc ſacerdos debʒ tm̄ exalare. i. anhelare in cali
ce q̧ liquefiat. Credo tñ q̧ tutius eſſʒ q̧ calix inuolueret̄ pan
nis calidis. ⁊ ſi nō ꝓficeret q̧ poneret̄ in aqua feruenti cauē/ 11
do tñ ne aqua intraret. Sʒ pono q̧ qñ ſacerdos dicit miſſam
morit̄ aut ꝑcutit̄ aliqua infirmitate. ita q̧ nō poteſt finire miſ
ſam quid faciendū eſt in iſto caſu Dico q̧ circa iſtā materiaʒ
eſt vna regula generalis q̧ ſemꝑ ille qui dicit miſſam debʒ ſu
mere ⁊ ꝑficere iſtud ſacramentū ſi poſſit ſi nō poteſt alius de
bet ſumere ⁊ ꝑficere loco eius In caſu ergo propoſito dico q̧
aut ſacerdos morit̄ aut impedit̄ aliqua infirmitate ante ince/
ptiōeʒ canonis aut poſt. ſi ante nō curandū eſt. Si poſt aut
ante ꝯſecratiōeʒ vl' poſt. Si ante alius ſacerdos debʒ ſe indu

ere ⁊ reïcipere vbi dimiſit. Si vero moriatur vel impediatur
poſt conſecrationē. alius ſacerdos debet ſupplere qđ rema
net ſupplendū ⁊ recipere ſacramentū. Sed ponatur ꝙ mori
tur vel impeditur poſtꝙꝫ ſumpſit corpus ⁊ anꝙꝫ ſumat ſang/
uinē. In iſto caſu dico ꝙ alius ſacerdos debꝫ ſumere ſangui
12 nem ⁊ ↄplere officium. Sed pono ꝙ mus vel alia beſtia ſu/
mat ſpecies ↄſecratas. Dico ꝙ ſi poſſent extrahi ille ſpecies
ab illo animali debet illud animal aperiri ⁊ ſpecies ille reuerē
ter reponi in ſacrario. ⁊ animal cōburi ⁊ cineres intra altare re
13 condi. Sed pono ꝙ aliquis ſacerdos tanto tp̄e reſeruauit il
las ſpecies ꝙ iam ſunt putrefacte vel corrupte quid debet fi
eri de iſtis ſpeciebus. Dico ꝙ iſtud in materia iſta habendū
eſt pro regula generali. ꝙ tamdiu manet ſub iſtis ſpeciebus
corpus ⁊ ſanguis chriſti ꝙꝫdiu ſub iſtis manet ſubſtantia pa
nis ⁊ vini Et tamcito ſub iſtis ſpeciebꝯ deſinit eſſe corp⁹ chri
ſti ⁊ ſanguis ꝙꝫcito deſinit ibi eſſe ſpecies panis ⁊ vini. Et iđ
ſi ille ſpecies veniunt ad tantā corruptionē ꝙ nō plus appa/
rent eſſe ſpecies panis ⁊ vini. iam non eſt ibi corpus nec ſan/
guis chriſti. ⁊ ideo non debent ſumi ſicut conſecrate. Sed ſa
cerdos poſtꝙꝫ ſumpſerit in miſſa corpus chriſti ſumat eas re
uerenter ſed non vt conſecratas. Si aūt non veniunt ad tan
tam corruptionem quin appareāt eſſe ſpecies panis ⁊ vini de
14 bent ſumi vt conſecrate. Sꝫ quid ſi ex illis ſpeciebus corrup
tis ſint generati vermes. quid debet fieri de illis vermibus.
dico ꝙ debēt comburi ⁊ cineres intra altare recondi. ⁊ ſacer
dos ex cuius negligentia accidunt iſta debet grauiter puniri
⁊ ideo ſacerdos debet cauere ne nimis longo tempore reſer/
uet euchariſtiam. vel ꝙ non ſeruet eam in loco nimis humi/
do. ita ꝙ ille ſpecies poſſent de facili corrumpi. Hec circa eu
chariſtie ſacramentum ⁊ eius miniſtrum ac ornamenta per/
ſtringi breuiter. vt ſimplices ſacerdotes in talibꝯ certitudinē
inuenirent ⁊ in alijs que longum tractatum exigunt daretur
eis occaſio cogitandi dubitandi ⁊ interrogandi.

## Cōtinuatio et ordo ſacramē-
## torum dicendorum.

# De oꝛdine

ORdinem in huius libelli pꝛincipio poſitum ꝓſequē
do dicto de ſacramentis que ꝓducunt ⁊ pꝛomouent
ac ꝯſuāt hoīe𝔷 in eſſe ſpūali que ſunt baptiſmus. ꝯfir
matio ⁊ eucharıſtie ſacramentū. dicendū eſt de ſacramentis
per que ſi ceciderit homo faciūt vt reſurget. Et iſta ſunt peni
tentia que ſaluat hominē a pctō. ⁊ ſacramentū extreme vncti
onis que ſanat reliquias peccatoꝝ. Uerꝝ qꝛ in ſcđa particula
huius libelli agiť de ꝯfeſſionū audientia ⁊ penitētiaꝝ impo/
ſitōe. ideo tractatus de ſacramento penitentie vſqꝫ huc diffe
ratur ne opoꝛteat ſepe iterare eadē. qꝛ etiā dignius debet ꝑce
dere minus dignū. ſacramentū aūt oꝛdinis maius eſt ⁊ digni
us ſacramento extreme vnctionis. ideo pꝛius dicendū eſt de
ſacramēto oꝛdinis qꝫ de ſacramento extreme vnctionis.

## Tractatus quintus pꝛīe par=
tis de ſacramento oꝛdinis. Et habet quinqꝫ capitula.

QUia conferre ſacramen
tum oꝛdinis de iure ⁊ regulariter ad ſolos epi
ſcopos pertinet. qꝛ vnctionē ſacramēti q̄ eos te/
ſte beato Johanne de oībꝫ edocet recipiūt. Id
circo circa materiam ſacramenti oꝛdinis pauca dicam. Cuꝫ
ſanctos ⁊ venerabiles ep̄os ſicut habeo in patres ⁊ dn̄os ha
bere deſiderem in magiſtros. verum qꝛ ſacerdotibꝫ omnibꝫ
tota coꝝ poteſtas in collatione oꝛdinū tribuiť. iō aliqua de ſa
cramento oꝛdinis expedit eos ſcire que ſub breui ꝯpendio cō
pꝛehendam. Et hoc quo ad nūc ad quinqꝫ poſſunt reduci de
quibus ꝑ oꝛdinē eſt agendū. Pꝛio quid eſt oꝛdo. ſcđo q̄t ſunt
oꝛdines. tercio ſi in quolib𝔷 oꝛdīe impꝛimiť caracter. quarto
in quo actu impꝛimiť caracter cuiuſlib𝔷 oꝛdinis. quinto que
requirunť in ſuſcipiente oꝛdines. ⁊ hec ſufficiant.

### Quid eſt oꝛdo. Caplm̄. i.

ORdo ab Hugone de ſctō victoꝛe deſcribiť ſic. Oꝛdo
eſt ſignaculū q̄ddā q̄ ⁊ ꝑ qđ ſpūalis ptās ſeu officiu𝔷
tribuiť oꝛdinato. Et poniť ibi ptās q̄ ad oꝛdines ꝓꝓe dictos.
ſed officiū ibi poniť quo ad oꝛdines cōiter dictos.

## Quot ſunt ordines. Caplm. ij.

IN numero ordinum diuerſificant᷑ doctores canoni/
ſte ⁊ theologi. Doctores eñi canoniſte dicũt ꝙ ſũt no
uem. ſ. pſalmiſtatus. oſtiariatꝰ. lectoratus. exorciſta/
tꝰ. acolitatꝰ. ſubdyaconatꝰ. dyaconatꝰ. p̄ſbiteratꝰ. ep̄atꝰ Et
rõ forte q̃ mouet doctores canoniſtas eſt. qm̄ cũ in quolibꝫ or
dine tribuat᷑ ſp̄ealis poteſtas vel officiũ. ſʒ vbi eſt ſp̄ealis po
teſtas vel ſp̄eale officiũ ibi eſt ſp̄ealis ordo. ſʒ in ep̄atu tribu
itur ſp̄ealis poteſtas. ⁊ in pſalmiſtato ſp̄eale officiũ. iõ ep̄atꝰ
eſt ſpecialis ordo ⁊ etiã pſalmiſtatus Ut ergo militarʒ eccl'ia
correſpõdeat triũphanti. ſicut in triumphãti ſunt nouẽ ordi
nes angeloꝝ. ita in militãti ſunt. ix. ordines miniſtroꝝ Et eſt
ſatʒ apta ꝯgruentia Doctores vero theologi m̄lti ⁊ ꝙ̃plures
ex eis tenẽt ꝙ nõ ſunt niſi ſeptẽ. qꝛ ponũt ꝙ pſalmiſtatus nõ
eſt ordo nec etiã ep̄atus. vt ſic ſeptiformis gratie ſpũſſcti cor
reſpõdeãt ſeptẽ ordines. Quicq̃d ſit de iſto ſatʒ puto ꝙ pſal/
miſtatus nõ eſt ordo. ſicut nec p̄ria tonſura de qua magis vi
det᷑. cũ pſalmiſtatus ꝯferat᷑ a ſimplici ſacerdote. p̄ria ꝓo tõſu
ra ordinarie ab ep̄o ꝯferat᷑. Uñ vt dicũt doctores p̄ria tonſu
ra nõ eſt ordo ſed eſt diſpoſitio ad ordines. Diſpoſitio inq̃s
nõ ncc̄itatʒ ſʒ ꝯgruentie. De ep̄atu aũt vtrũ ſit ſp̄ealis ordo
dubito. ⁊ iõ iſtud dimitto determinationi maioꝝ. Thomas
aũt in quarto ſuo dicit ꝙ ordo tripliciter dicit᷑. Uno mõ vt
eſt nomẽ officij. ⁊ ſic pſalmiſtatꝰ eſt ordo. Scd̄o modo vt eſt
nomẽ dignitatʒ ⁊ ſic ep̄atus eſt ordo. Alio mõ vt eſt nomẽ cu
iuſdã ſp̄ealis poteſtatʒ. ⁊ ſic nõ ſũt niſi. vij. ordines tm̄ Et iſto
modo poſſunt ꝯcordari iura ⁊ opiniones doctoꝝ Numerus
aũt ⁊ ſufficiẽtia iſtoꝝ ſeptẽ ordinũ cõiter dictoꝝ ſic poteſt ha
beri. Dis ordo iõ dicit᷑ ordo qꝛ ordinat᷑ ad corpus chriſti ꝓut
in ſacramento euchariſtie ꝯtinet᷑. ⁊ ſm̄ qd̄ dicit btũs Augu.
ſm̄ qd̄ magis de propiquo accedit ad hoc ſacramentũ eucha
riſtie ſm̄ hoc dicit᷑ maior vel dignior ordo Poteſt ergo aliq̃s
ordo ordinari in ſacramento euchariſtie. ⁊ hoc vel ad cor/
pus chriſti ꝯſecrãdũ. ⁊ ſic eſt preſbiteratꝰ. cuiꝰ eſt corpꝰ chri
ſti ꝯſecrare vel ad ipm ꝯſecratũ pp'lo diſpenſandũ. ⁊ ſic eſt dy
aconatus. cuius antiq̃tus erat ſanguinẽ chriſti pp'lo diſpen

ſare. Vñ dixit. b. Laurentius beato Sixto. Nunquid dege
nerē me probaſti cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſa
tionem. Vel ordinatꝛ ad materiā de qua cōficitꝛ preſbitero ꝑ/
ſentandā vel preparandā. ⁊ ſic eſt ſubdyaconatus. cuius eſt ho
ſtiā ⁊ calicē cū vino ⁊ aqua ad altare ꝑparare. vel ordinatꝛ ad hu
iuſmodi materiā ad altare apportandā. ⁊ ſic eſt acolitatus. cu
ius eſt pixidē cū hoſtia ⁊ vrceolos cū vino ⁊ aq̄ ad altare por
tare. Vel ordinatꝛ ad diabolū effugandū ne hoīes a ſumptio
ne huius ſacramēti impediantꝛ. ⁊ ſic eſt exorciſta. cuius eſt de
mones adiurare. vł ordinatꝛ ad dignos admittendū ⁊ indi/
gnos excludendū. ⁊ ſic eſt oſtiariꝰ. cuiꝰ eſt oſtiū eccłie cuſto/
dire ne indigni intrēt. vel ordinantꝛ ad ea q̄ de chriſto in iſto
ſacramēto ꝯtento in veteri teſtamento dicta erāt ꝓponendū
⁊ ſic eſt lector. cuiꝰ eſt ꝓphetias veterꝫ teſtamēti in miſſa lege
re. Et ſic habetꝛ numerꝰ ⁊ ſufficientia ſeptē ordinū cōiter di/
ctorꝫ. Horꝫ ordinū quidā vocantꝛ minores ⁊ nō ſacri. ſ. lecto/
ratꝰ. oſtiariatus. exorciſtatus. acolitatus Alij aūt tres. ſ. ſub
dyaconatꝰ. dyaconatꝰ. ⁊ ꝑſbiteratꝰ vocātꝛ maiores ⁊ ſacri.

### An in quolibet ordine imprimatꝛ caracter. Ca. iij.

QVm ſm qḋ dictū fuit ſupra. cū ageretꝛ de ſacramentꝭ
in generali caracter ſit quedā ſpēalis ptās ꝑ quā reci/
piēs ſacramentū inꝑmēs caracterē poteſt facere vel
recipere aliq̄d qḋ nō poteſt ille qui nō recipit hmōi ſacramētū
vt recipiēs quēlibꝫ ordinē poſſit facere aliquid ſpēale qḋ non
poteſt facere ille qui caret ordine illo. ſic ꝑſbiter pt ꝯſecrare.
qḋ nō pt facere ille qui nō eſt ꝑſbiter. ⁊ ſic de alijs. ⁊ in q̄libet
ordine imꝑmitꝛ caracter. Et ſi dicas ꝙ nō ordinatus pt face
re ea que ſunt ordinis. ſicut nō acolitus pt portare hoſtiā ⁊
vrceolos ad altare. ergo nō oportꝫ ꝙ in quolibꝫ ordine impri
matꝛ caracter. Nō valꝫ. qꝛ ſm qḋ dicitꝛ cōiter: Illud poſſumꝰ
qḋ de iure poſſumus Nullus aūt pt facere de iure ea que ſunt
ordinis niſi ſit ordinatus. ¶ Notandū etiā ꝙ caracteres om/
niū ordinū ꝑſupponūt caracterē baptiſmi. cū baptiſmꝰ ſit ia
nua ⁊ fundamentū oīm ſacramentorꝫ. Et ſm aplm vbi fūda
mentū nō eſt ſupedificari nō pt. Et iō nullus niſi ſit baptiza/
tus poteſt eſſe capax alicuius ſacramēti. extra de pſ. nō bap. c.

veniens. Sed nunquid caracter vnius ordinis preſupponit caracterem alterius ordinis.i. vtrum ille qui nō eſt ſubdyaconus poteſt ordinari in dyaconū.vel nō dyaconus in preſbiterū. Dico ꝙ de neccitate caracter vnius ordinis nō preſupponit caracterē alterius ordinis. Vñ nō ſubdyacon9 poteſt ordinari in dyaconū.vl' nō dyaconus in p̄ſbiterū.lȝ nō debeat. immo de rigore iuris debȝ deponi ſi ex malicia. vel ignorātia aliquē ordinē p̄termiſerit.ſȝ ex licētia epi.impoſita ei pnīa pro eo ꝙ negligenter vel ignoranter mediū ordinē pretermiſit. ad ordinē p̄termiſſum poterit promoueri.interim a ſupioris ordinis executōe ſuſpēſus.q2 ſꝫm Gre. ordinate ad ordiēs aſcēdendū eſt. Nā caſū appetit qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradib9 p abrupta querit aſcēſum.xlviij.di.ſicut olim.extra de cle.pmo.p ſal.c.vnico. Sed nunquid caracter ordinis p̄ſuponit primā tonſurā vl' caracterē ꝯfirmatōis. lȝ Hugo dicat ꝙ nullus niſi habeat p̄mā tonſurā p̄t ordinari in ſacerdotē.ar.di.xl. Sicut tñ doctores theologi tenēt cōiter ꝙ caracter ordinis nō preſupponit de neccitate p̄mā tōſurā. nec etiā ꝯfirmatōez.immo nō ꝯfirmat9 poteſt ordinari.lȝ nō debeat fieri. Dictū eſt em̄ ſupra ꝙ tōſura eſt diſpoſitio ad ordines ꝯgruentie tm̄.nō aūt neceſſitatis. Notanduȝ aūt ꝙ ſꝫm illos qui ponunt ꝙ epātus eſt ordo ꝙ caracter ordinis epālis p̄ſupponit caracterē ſacerdotalē q2 nō ſacerdos nullo mō poteſt eſſe eps. Et iſtud videt̄ ſentire illud ca.extra de exceſ.p̄la. ex lr̄is. Ordo em̄ ſacerdotalis eſt quaſi ſubſtantiale fundamētum ordinis epiſcopalis. Et hec ſufficiant.

## In quo actu imp̄mit̄ caracter in ꝗlibet ordine. Ca.iiij.

Viſo ꝙ in quolibet ordine imprimitur caracter vidēdum eſt in quo actu imp̄mit̄ caracter in quolibȝ ordine. Et eſt ſciendū ꝙ cū in ſacramēto ordinis caracter ſit res ⁊ ſacramentū.oportȝ ꝙ ad imp̄ſſionē caracteris ꝯcurrāt duo.que requirunt̄ in omni ſacramēto.ſ.aliquod cerimoniale ſignū.qđ eſt materia ſacramēti.⁊ aliqua verba determinata que ſunt forma ſacramenti. In actu ergo in quo imp̄mit̄ caracter in ſacramēto ordinis oportȝ ꝙ ſint iſta duo.ſ.traditō alic9 inſtrumēti deputati ad executōez illius ordinis:⁊ plato

aliquorum verborum. In ordine ergo ſacerdotij imprimitur
caracter ſm Tho. in traditõe calicis cū pane ⁊ vino et prola
tione verboꝝ. q̄ tūc dic̄ eps. ſ. accipe ptātē ꝯſecrādi. ⁊c. Alij di
cūt ꝙ in vnctõe manuū ſibi ĩprimit̄ caract. Primū tn̄ reputo
ꝟiꝰ. In dyacono ĩpmit̄ caract̄ ĩ traditõe libri euangeliorum
cū verbis ad hec deputatis. Subdyacono ĩprimit̄ caract̄ in
traditione calicis. tn̄ ſine pane ⁊ vino. ꝑ qđ differt a ſacerdote
cui tradit̄ cū pane et vino. Acolito ĩprimit̄ caract̄ vt dicūt q̄/
dā ĩ traditione cādelabri. Tho. dic̄ ĩ traditõe vrceoli. Et iſtđ
reputo veriꝰ. qꝛ vrceolꝰ directiꝰ reſpicit eucharistiā q̄ȝ can
delabruȝ. Exorciſte ĩpmit̄ caract̄ in traditione libri exorciſmo
rū. Lectõri ĩ traditione libri lectõis prophetiaꝝ. Oſtiario in
traditione clauiuȝ eccl'e. Ita tn̄ ꝙ ĩ q̄libet ordine dicāt̄ ſil' cum
traditione inſtrī ꝟba ad hoc đputata. qꝛ ſine verbis nihil fie/
ret. Credo etiā ꝙ non ſufficit ꝙ eps porrigat huiuſmodi iſtr̄a
imo oportet ꝙ ordinādus corꝑaliter tangat ea. cū iſtđ vide
antur ſonare verba forme que profert eps dum porrigit hu/
iuſmodi inſtrumēta vnde dicit. Accipe. Et ideo aduertat cir
ca hec diligenter quilibet ordinādus

## Que req̄rūt̄ in ſuſcipiente ordīes. Ca. v.

Quoniā ſm phm. Actꝰ actiuoꝝ ſt̄ ĩ patiēte p̄diſpoſito
Ideo vt ordīes digne recipiātur ſciendū ē ad h̄ ꝙ or
dines rite ⁊ legitīe ⁊ digne recipiant̄ ĩ generali quat/
tuor req̄runt̄. Primuȝ ē ſexus đbitus. ſ. ꝙ ſit maſculꝰ. Unde
mlr non poſſet ordinari nec poſſet recipe caractereȝ alicꝰ ordi
nis clericalis. vt dicit. Amb. ſuper epiſtolam ad Thim. ⁊ ha
bet. xxiij. d. mlr ⁊. xxxiij. q. v. mulierē ⁊ extra. đ ſen. ex. đ mõiali
bꝫ. Rõ auteȝ quare non poteſt mlr recipe caracterem alicꝰ or
dinis eſt. quia xp̄s qui fuit inſtitutor ſacramenti ordinis non
promouit aliquam mulierem ad aliquem ſacrum ordinem. Li
cet enim beatiſſima virgo Maria dignior et excellentior fu/
erit oibꝫ apoſtolis. non tn̄ illi ſed iſtis dn̄s claues regni celoꝝ
ꝯmiſerat extra đ. pe. ⁊ re. noua. Et ſi forte in aliq̄ caplo inueni
at̄ mlr vocari dyaconiſſa vl' p̄ſbitera intelligēdū eſt ꝙ illa vo
cat̄ dyaconiſſa ſuꝑ quā fundabat̄ aliq̄ bn̄dictio. rõe cuiꝰ ꝯſeq̄
bat̄ aliqđ officiū ſpūale. forte legēdo omelias in matutinis vl'

aliquod aliud. quod non licebat alijs monialibus. Preſbyte
ra aūt appellabat̄. qꝛ ſm̄ morem ꝓmitiue eccleſie erat vxor p/
ſbiteri. vel forte aliquā vidua de rebꝫ eccl'ie curā hn̄s ad inſtar
matriſfamilias vocat̄ pſbitera: ⁊ ita exponēda ſūt oīa capitl'a
que loquūt̄ de iſta materia. Scōm qđ requirit̄ eſt etas legi
tima. Circa qđ ſciendū eſt ꝙ licꝫ doctores canonū faciāt ml'
tas erengas circa iſtā materiā. tn̄ videmꝰ oculata fide noſtrꝭ
tꝑibꝫ ꝓmoueri pueros ⁊ inabileſſeu imberbes in preſbiteros
⁊ ad alios ſacros ordines. immo videmꝰ aliquos ad dignita
tes ⁊ ꝑſonatos ⁊ etiā ad epatū ⁊ cardinalatū infra tꝑs a iure
taxatū ad ſubdyaconatꝰ ſumptiōeꝫ ꝓmotos. Qđ qꝛ fit ex diſ
penſatione ſedis apoſtolice que ſpūſctō dirigit̄ nō debꝫ ab a
liquo reprobari. iđ ꝓ nūc ſupſedeo. Jſtud tn̄ regulariter tenē
dū eſt ꝙ niſi in fauorē religiōis fiat nullꝰ debꝫ ꝓmoueri ad
ſubdiaconatꝰ ordinē niſi attigerit. xviij. annū iā inceptū. Nec
ad ordinē dyaconatꝰ niſi ſit in. xx. anno iā incepto. Nec ad or
dinē ſacerdotij niſi attigerit. xxv. annū iā inceptū. vt habet̄ de
eta. ⁊ qli. or. pfi. in. c. Generalē. in Clemē. Credo aūt ꝙ dn̄i
epi ſi neceſſe fuerit poſſint in his diſpenſare ⁊ diſpenſant q̄ti/
die ꝓut exigit nccītas que nō habꝫ legē extra de re. iurꝭ. qđ nō
eſt licitū ꝙ in oībꝫ iſtis debꝫ attēdi. Terciū qđ requirit̄ eſt mo
rū honeſtas. Cū eīn porte dignitatū vel ordinū infamibꝫ ⁊ ſu
ſpectꝭ patere nō debeāt. vt. lxxxi. di. dictū. extra. de iureiur:
Relatū. Sup oīa reqrit̄ in promouēdo ad ordines ſeu ad ec
cleſiaſticas dignitates ꝙ ſit bone fame ⁊ honeſtꝰ in moribꝫ ⁊
in vita. Cuiꝰ ꝯditōis ſit. ⁊ q̄s mores debeat ordinandꝰ ⁊ pro
mouendꝰ ad ſacros ordines hr̄e oñdit apl's in epl'a. i. ad Thi/
mo. iij. ⁊ ad Titū. i. ita dicēs. Oportꝫ eīn irrepħenſibilē ⁊ ſine
crimīe eſſe vnius vxorꝭ viꝝ ſobriū. ornatū. prudentē. pudicū
hoſpitalē. doctorē. nō vinolentū. nō ꝑcuſſorē ſꝫ modeſtū. nō li
tigioſum. nō cupidū. ſꝫ domui ſue bn̄ ꝑpoſitū. nō neophitū.
Et lꝫ iſta autoritas videat̄ itelligi de epo. tn̄ ſm̄ Aug. ⁊ Am
bro. extendenda eſt ad alios ordināos ſupra diſt. lxxxi. apo/
ſtolos. ⁊ di. xxxiij. cognoſcamꝰ. Notandū etiā ꝙ de ſingulis
ꝯditionibꝫ poſitꝭ in autoritate p̄dicta mlt'a eſſent dicēda. tn̄ qꝛ
reqreret magnū tractatū q̄ſi ſuꝑficialiter ꝑtranſeundo pauca

dicam. Dicit ergo primo ſine crimine. quod non eſt intelligē
dum de omni crimine cū nemo ſine crimine viuat Et vt dicit
Hiero. Res pene ꝯtra naturã eſt vt aliquis ſine peccato ſit
Ideo intelligendū eſt de pctō enormi ſiue vulgato ⁊ notorio
Et nota ꝙ exiſtēs in pctō mortali q̄cūq; ſiue occulto ſiue ma-
nifeſto peccat mortaliter recipiēdo ſacros ordines. ſicut reci-
piēdo alia ſacramēta. xl. di. mlti. xcv. di. illud. xl. di. añ. Et iō
debȝ quilibȝ confiteri añq̄ȝ recipiat ſacros ordines Scḋo di-
cit vnius vxorꝫ virꝝ. ⁊ iſtud eſt intelligendū negatīe id eſt non
pluriū. lxxxij. di. ꝓpoſuiſti. q2 ſi ītelligeret̃ affirmatiue ſeq̄ret̃
ꝙ virgines ⁊ qui nullã habuiſſent vxorē nō poſſent promo-
ueri quod eſſȝ abſurdū Et loquit̃ apl's ſm̄ morē primitiue ec
cleſie. in qua licitū erat ordinatos habere vnã vxorē dūmō ha
buiſſȝ ipam virginē. modo aūt nō eſt licitū. cū votū caſtitatis
ſacris ordinib9 ſit annexū. De bigamis ãt quare nō ꝓmoueã
tur. ⁊ quid eſt bigamia. ⁊ quot modis ꝯtrahit̃ quo ad nūc ta-
ceo. q2 excederē methas huius tractat9 Alie aūt ꝯditōes ſcȝ
ſobriū prudentē ⁊ cetere ſatis ſunt note ⁊ iō de eis nihil dicã
¶ Notandū aūt ꝙ diuerſis capitulis de corpe decretoꝝ ⁊ de
cretaliū colligunt̃ alie ꝯditiōes que nō debēt eſſe in ordinan
do. vicȝ ꝙ nō ſit ſolenniter penitēs. nō curialis nō ſeruus nō
ad ratiocinia obligatus. nō corpe viciatus. nō de p̄ſbitero vl̃
alias illegitime natus. nō adulter. nō egritudine baptizatus
nō peregrinus. nō ignotus. nō minorꝫ etatis De q̄libȝ iſtoꝝ
proſequi exigeret maiorē tractatū q̄ȝ p̄ſens opuſculū expoſtu
lat Quartū qḋ requirit̃ eſt peritia litteraꝝ Vñ promouend9
⁊ ordinand9 ad regimē aīaꝝ debȝ habere noticiã ⁊ peritiã ſa-
cre ſcripture ad aīas informandas Et ꝓpt̃ hoc ſtatutū eſt in
eccl'ijs metropolitanis vt teneant̃ doctores theologie. ⁊ ꝙ cle
rici exeuntes prouinciã ad audiēdū theologiã ꝑcipiãt integre
ſtipendia ſua. ⁊ ſi nō ſufficiãt eis eccl'ia debȝ eis miniſtrare ne
ceſſaria. extra de magi. q2 nonnulli. Debēt etiã habere periti
am ſeculariū ſcientiaꝝ. ⁊ hoc ad eruditionē. vt poſſint diſcer
nere veꝝ a falſo ⁊ ꝑ eas habere aditū ad theologiã Et ideo ſta
tutū eſt vt teneant̃ magiſtri artiū liberaliū in ſingulis eccl'ijs
cathedralib9 ⁊ in alijs quaꝝ poſſunt ſufficere facultates. qui

karum eccleſiarum clericos ⁊ alios ſcolares pauperes grat̃
inſtruant. propter quod aliquod competens beneficiũ magi
ſtro in eccleſia aſſignet extra. c. preal. Et intelligo de ſcientijs
triuialib⁹ ſiue ſermotionalib⁹. ſ. grammatica. logyca. rhetori
ca. Et maxĩe de grãmatica. q2 quadruuiales ſcientie. ſ. arith
metica. geometria. muſica. aſtronomia parũ aut nihil faciũt
ad ſcientias pietatis. vt ait Hiero. xxxvij. di. ſi quis gramma
ticam. De hoc. ſ. quã ſcientiã debẽt ſacerdotes habere requi/
re ſupra in proemio huius libelli. Et licz multa alia circa ma
teriam ſacri ordinis poſſent dici. iſta tamen ſufficiunt q̃ztum
ad hoc quod preſens libellus expoſtulat.

## Tractatus ſextus prime par-
tis de extrema vnctione. Et habet ſeptem capitula.

Nunc de ſacramẽto extre
me vnctionis dicendum eſt Circa quod conſi/
deranda ſunt ſeptẽ Primo que eſt eius materia
Scd̃o que eſt eius forma Tertio quis eſt eius
miniſter. Quarto quis eſt eius effectus: Quinto quibus de/
bet dari. Sexto in quibus partibus corporis debet fieri Se
ptimo vtrum debeat iterari.

### De materia huius ſacramenti Capl'm. i.

Materia ſacramenti extreme vnctionis eſt oleũ oliua/
rũ ab ep̃o benedictũ. Et rõ quare oleũ oliuaꝝ eſt ma/
teria huius ſacramẽti eſt iſtitutio chriſti qui inſtituit
iſtud fieri in oleo qñ miſit aplos oleo vngere infirmos ⁊ ſana
re eos Et huic concordat ꝓmulgatio. b. Jaco. qui dicit Infir
mat quis ex vobis inducat p̃ſbiteros eccl'ie ⁊ orẽt ſup eũ vn/
gentes eũ oleo ſctõ Et eſt ſciendũ ꝙ qñ in ſcripturis inuenitur
ſimpliciter oleũ intelligit de oleo oliuaꝝ. q2 illud eſt ſimplex
oleũ. alia aũt nõ. ſ3 fuerũt inuẽta ꝓpt defectũ illius olei. ſicut
oleũ nucũ. oleũ lini ⁊ ſilia. vl' ꝓpt aliquã medicinã. ſicut oleu3
amigdaloꝝ vl' latrinũ ⁊ ſilia. Rõ aũt ꝯgruẽtie quare tale oleũ
eſt materia huius ſacramẽti eſt. q2 ꝓprietas iſtius olei maxĩe
ꝯuenit effectui huius ſacramẽti Eſt em̃ oleũ mitigatiuũ do

lorum. ideo ponitur in vulneribꝰ. Vñ ille ſamaritanus infudit oleũ in vulneribꝰ ſauciati vt dicit Lu. Sꝫ effectꝰ iſtius ſacra/ mẽti eſt mitigare dolorẽ ſpũalẽ ⁊ corpalẽ. vt dicetur infra qñ agetur de effectibꝰ iſtiꝰ ſacramẽti. quare oleũ oliuarum eſt materia ꝓpa iſtiꝰ ſacramẽti. ¶ Notandũ aũt ꝙ ad hoc ꝙ oleũ ſit ꝓpa materia ⁊ ꝯueniẽs iſtiꝰ ſacramẽti oportꝫ ꝙ ſit prio ab epo be nedictũ Et iſtud innuit. b. Jaco. qñ dixit vngẽtes eũ oleo ſã cto. i. ſctificato. Rõ aũt quare oportꝫ ꝙ ſit ſctificatũ poſita eſt ſupra in tractatu de ꝯfirmatione. c. ij. vide eam ibi:

¶ Que ſit forma extreme vnctionis. Ca. ij.

Forma iſtius ſacramẽti ſunt ꝟba que dicit ſacerdos qñ inungit infirmũ. ſ. iſta. Per iſtã ſctãꝫ vnctiõeꝫ ⁊ ſuaꝫ piiſſimã miãꝫ idulgeat tibi deus quicqd deliqſti ꝑ viſuꝫ. ꝑ auditũ ⁊c̃. Jta ꝙ in iſta forma tangitur ꝟtus iſtiꝰ ſacramẽti. de qua dicetur infra qñ agetur de eiꝰ effectu Et ſciendũ ꝙ dña eſt inter formas aliorum ſacramẽtorum ⁊ iſtiꝰ. qꝛ forme aliorum ſacramentorum ſunt indicatiue. vt patꝫ intuẽti diſcurrendo ꝑ ſingu/ las formas. ſꝫ forma iſtius ſacramẽti eſt optatiua. vt ptꝫ inſpicienti. ¶ Notandũ aũt ꝙ in miſſali Ambroſiano inuenitur iſta forma Vngo oc̃los tuos vel aures tuas ⁊c̃. Et ꝑ iſtã ſctãꝫ vnctionẽ tuã ⁊c̃. De hoc aũt nõ eſt curandũ. ſꝫ forma qua vtitur romana eccl'ia eſt ſeruãda. Si aũt aliquis querat quare in for/ ma iſtiꝰ ſacramẽti magꝭ vtitur romana eccl'ia optatiuo ꝟbo q̃ꝫ in alijs formis Dicendũ eſt ꝙ iõ qꝛ vt videtur infra iſtud ſacra/ mentũ nõ debꝫ dari niſi ꝓpinquis morti q̇ ſũt iã in receſſu. iõ ſicut morꝭ eſt ꝙ illis q̇ ſunt in receſſu optatur ſalꝰ ita forma iſta eccl'ia optat ſalutẽ recedentibꝰ ex hac vita.

¶ Quis ſit miniſter extreme vnctiõis. Ca. iij.

Miniſter huiꝰ ſacramẽti eſt p̃ſbiter ⁊ nõ alius. vñ nullus niſi ſit p̃ſbiter p̃t miniſtrare illud ſacramẽtũ Jſtõ ptꝫ ex p̃dicta autoritate bti Jaco. Jnfirmatur quis ⁊c̃ Rõ autẽ quare ſolus p̃ſbiter eſt miniſter huiꝰ ſacramẽti eſt. qꝛ ille q̇ hꝫ diſpenſare ſacramentũ corpis chriſti miſticũ oportꝫ ꝙ habeat ptãtẽ ſup corpus chriſti verum. ſꝫ iſte eſt solꝰ p̃ſbiter q̃re ſolꝰ p̃ſbr hꝫ miſtrare ſacr̃a Nec eſt iſtãtia de baptiſmo. qꝛ baptiſ/ mꝰ ẽ ſacr̃m maxie ncc̃itatꝭ. iõ oportꝫ ꝙ hẽat miſtrum maxie cõeꝫ

vide hoc ſupra de baptiſmo. c. tercio Utrum aūt oporteat ꝙ ſint plures preſbiteri vel ſufficit vnus videt̄ ex autoritate allegata ꝙ debeāt eſſe pl'es q2 dicit pſbiteros in plurali Tho. in. iiij. ſuo videt̄ dicere ꝙ ſi non poſſint haberi pl'es ſufficiat vnus cū miniſtris. ita tm̄ ꝙ ſemꝑ pſbiter debꝫ inungere ⁊ dicere verba. ⁊ ſi anq̄ꝫ ꝑfecerit moriat̄ vel aliter impediat̄ alius debet ꝑficere illud qđ remanet ꝑficiendū ſcꝫ reſiduū ſacramenti huius extreme vnctionis. que ſufficiant pro pn̄ti

¶ Quis ſit effectus huius ſacramenti Cap. iij.

Effectus hui⁹ ſacramēti eſt iſte Sic eñ eſt in infirmitate corꝑali ita ſuo mō debꝫ eſſe ⁊ eſt i infirmitate ſpūali In infirmitate aūt corꝑali ſic eſt ꝙ poſito ꝙ aliq̄s ſit curatus ab infirmitate adhuc remanet in eo aliqua debilitas corꝑalis proueniēs ex priſtina infirmitate. ⁊ ideo indiget duplici medicina Una que ſit egritudinis ſanatiua vl' expulſiua. ⁊ alia que ſit debilitatꝫ que remanet reꝑatiua Sic eſt ſpūaliter. ſpūalis infirmitas eſt pctm̄ Un̄ ps̄ in ꝑſona pctōꝝ Miſerere mei dñe qm̄ infirm⁹ ſum ſana me ⁊c. Medicina ſanatiua illius infirmitatꝫ eſt pnīa. ſꝫ poſtq̄ꝫ homo ſanat⁹ eſt ab iſta infirmitate adhuc remanꝫ in eo q̄dā debilitas ſpūalis. ⁊ ꝯtra iſtā debilitatē ordinat̄ iſtud ſacramentū Un̄ effectus iſti⁹ ſacramēti eſt ſanatio iſtius debilitatꝫ ſpūalis Eſt etiā ali⁹ effectus q2 ꝑ ipm̄ pctā venialia ⁊ etiā mortalia oblita remittunt̄ ⁊ gr̄a habita auget̄ ⁊ noua ꝯfert̄. ⁊ iſtud itellige ſi digne ſuſcipiat̄. Eſt etiā ali⁹ effectus. q2 ſi ſit expediēs aīe ſuſcipientꝫ ſanitas corꝑalis ſibi reſtituit̄ ꝟtute ſacramēti iſtius Probant̄ oīa iſta ꝑ autoritatē inductā Jaco. v. Infirmat̄ quis ex vo. indu. pſb. ec. ⁊ orēt ſuꝑ eū vngen. eū oleo ſctō: ⁊ alleuia. eum dñs. a lang. ſuis. ⁊ ſi in peccatis ſit dimittent̄ ei ⁊c.

¶ Quib9 debet dari iſtud ſacramentū Ca. v.

Ex predicta autoritate colligit̄ ꝙ iſtud ſacramentū nō debꝫ dari niſi infirmis. q2 dicit̄ Jaco. v. Infirmat̄ q̄s ex vobis. ¶ Nō aūt debꝫ dari quibuſcūq3 infirmis ſꝫ ſolū illis qui ſunt in ꝑiculo ⁊ ſunt propinq̄ morti. q̄ cū deuotione an̄ petierūt iſtud ſacramentū. poſito etiā ꝙ ſint frenetici Cū eñ iſtud ſacramentū ſit ſacramētū exeūtiū nō dꝫ dari niſi

# De extrema vnctione

exeuntibus. vel illis qui iam ſunt parati ad exitū ab hac vita.

¶ In quibꝰ p̲tibꝰ corp̲is fieri debꝫ iſtud ſacramentū Ca. vi

Quia purgata materia medicina debꝫ applicari p̲ti/
cule patiēti. iō materia p̲cti purgata p̲ pn̄iaꝫ iſtud ſa/
cramentū qđ eſt medicina (vt dictū eſt) ꝯ debilitatē
derelictā debꝫ applicari menbris q̄ ſunt organa ſenſuū. p̲ q̄s
morbꝰ p̲cti intrat in aīaꝫ. vn̄ de ſacramēto iſto dn̄t inūgi oculi
aures. os. nares. pedes. ⁊ renes. Ita ꝙ ad oclos dicat̄. per
iſtā ſanctā vnctionē ⁊ ſuā piiſſimā miſericordiā indulgeat tibi
deus q̄cquid peccaſti p̲ viſuꝫ Ad aures. p̲ auditū Ad os. per
guſtū Ad nares. p̲ odoratū Ad pedes p̲ greſſuꝫ Ad renes. p̲
ardorē libidinis. p̄mittēdo in ſingulis. p̲ iſtā ſanctā vnctionē
Sꝫ quid fiet de ceco a natiuitate qui nō peccauit p̲ viſū. vl̄ eti
am de ſurdo a natiuitate qui nō peccauit p̲ auditū. vl̄ de clau
do qui nō peccauit p̲ greſſuꝫ. nūquid debꝫ inungi in illis mē/
bris. Dico ꝙ ſic. qꝛ lꝫ cecus nō peccauit videndo. tn̄ peccauit
forte inordinate viſum appetendo. Et idem dico de ſurdo ⁊
claudo. Eſtimo etiā ꝙ q̄ꝫq̄ꝫ aliquis nō haberet oculos vl̄ alia
menbra in quibus fit vnctio debꝫ tn̄ iungi in locis circumui
cinis propter rationem iam dictā.

¶ Utrum debeat ſacramentū iſtud iterari Cap. vii.

Cum in iſto ſacramēto nō imprimat̄ caracter manife
ſtū eſt ꝙ illud ſacramentū iterari poteſt Cū hō poſſit
ad mortē multotiēs infirmari. vtꝛ aūt in eadē infirmi
tate poſſit aliq̄s ml̄totiēs inungi Dico ꝙ infirmitatū quedaꝫ
ſunt breuis terminatōis ſicut ſinochia vl̄ ſinochus vl̄ cauſon
⁊ ſic de aliis. in iſt̄ infirmitatibꝰ nō debꝫ iſtud ſacramētū ite/
rari Tn̄ ſi recidiuaret aliq̄s cū recidiuū ſit alia infirmitas a p̄
ma. in recidiuo poſſꝫ iterato iungi Alie ſunt infirmitates diu
turne ſicut febr̄. tuſſis. ethica ⁊ ſiſes que durāt p̲ annū vl̄ plꝰ
⁊ ſic cū in talibꝰ infirmitatibꝰ hō poſſit ml̄totiēs venire ad pū
ctū mort̄ in talibꝰ poteſt iſtud ſacramentū iterari Iſta eſt ſen
tētia Tho. in. iiii. ſuo Dicit tn̄ ꝙ ſi inueniat̄ ſn̄ia alicꝰ docto/
ris in ꝯriū ꝙ nō ꝯdemnꝫ eā Iſtud aūt ꝙ dicūt q̄dā ꝙ ille qui
fuit inūctꝰ ꝙ ſi curet̄ nō dꝫ poſtea balneare eſt q̄dā fatuitas: qꝛ
ſeq̄ret̄ ꝙ ep̄s cuiꝰ caput fuit inūctū criſmate nō deberꝫ lauare

caput.cum eius vnctio dignior ſit iſta. Tamen qñ aliquis infirmus inungitur debet ibi eſſe aliquis miniſter qui cū ſtupa abſtergat locū vnctionis.⁊ poſtea illa ſtupa debꝫ ꝯburi.

## Tractatus ſeptimus prīe partis de matrimonio. Et habet duas partes ſub ſe.

nachi. de conſecra. diſt. v. non oportet Et hoc intelligo niſi il
le qui petit elemoſynam ſit in extrema neceſſitate cõſtitutus.
id eſt indigeat ad mortem. qꝛ in illa dʒ ei dare ſi pt. eſto etiaʒ q̃
ꝓlatus expſſe inhiberet ſibi. qꝛ in tali caſu oñis hõ tenet̃ ex p̃/
cepto dei ſubuenire proximo. iuxta illud Paſce fame morientẽ
⁊c̃. xlvij. di. ſicut hi. Et etiã in tali caſu oĩa ſt̃ cõia. xlvij. di. ſi
cut hi. Nota tñ q̃ ſi monachus nõ habẽs adminiſtratõem
de p̃cepto abbatis vadat ad pegrinatiõem vel ad ſtudiũ ſine
aliq̃ diſtinctõe pt dare elemoſynã. nã eo ipſo q̃ ꝓlatus dedit
ſibi licentiã ſtãdi in ſcholis vl' eundi ad pegrinatõem videt̃ ſi
bi dediſſe licentiã faciẽdi oĩa q̃ ſcholares honeſti ⁊ pegrini ſo
lẽt facere. ita tñ q̃ moderate faciat. Quilibet eñ dʒ ſe ꝯforma
re moribꝰ illoꝝ inter quos viuit. xli. di. c. Quiſquis Sʒ nũ
q̇d vxor pt elemoſynã facere abſqꝫ licentia viri ſui. Dõm q̃ ſi
vxor hʒ res pafernales. i. ꝓprias p̃ter dotem. ſic dicta a para
qđ eſt iuxta. et fernas quod eſt dos. quaſi iuxta dotem. poteſt
de illis facere elemoſynã etiaʒ inuito marito. C. de. pac. lc. c.

qui hac De reb⁹ etiā viri ſui ſicut de pane ⁊ vino ⁊ alijs reb⁹
q̄ bono ac approbato ⁊ laudabili more ſolēt ad diſpēſatiōem
vxoris ꝑtinere p̄t facere elēoſynā moderate. ⁊ ſc̄m facultatē vi
ri ⁊ ſc̄m maiorē vel minorē indigētiā ⁊ multitudinē pauperū
Et dꝫ ſibi formare ꝯſciam ꝙ nō diſpliceat marito ī corde. etiā
ſi qn̄qꝫ ꝓhibuit ei ore Solēt eni̅ mariti facere talē ꝓhibitōeꝫ
vxorib⁹ nō vt retrahāt eas a toto ſꝫ ab exceſſu quē ſuſpicātur
eas facturas ſi haberēt habenas nimis laxas Poteſt etiā ſibi
formare ꝯſciam ex q̄litate ⁊ miſeria pauꝑis. cogitās ꝙ ſi ma/
ritus videret illū oīb⁹ modis placeret ei ꝙ faceret ſibi elemo/
ſynā Sꝫ ſi oīno ⁊ p̄ciſe dictet ſibi ꝙ viro diſpliceat deponat
ꝯſciam ſi p̄t. ſi nō p̄t nō det ⁊ doleat ꝙ nō p̄t dare Et ſic ītelli
go iſtud. c. xxxiij. q. v. mulierē ꝯſtat. in fi. vbi dr̄ ꝙ cū ſcādalo
viri vxor nō dꝫ facere elemoſynā Et iſtud intelligo niſi pauꝑ
ſit in extrema neceſſitate ꝯſtitut⁹. q̄ tūc intrepide dꝫ dare al's
peccaret. Et qd̄ dixi de reb⁹ viri etiā de dotalib⁹ dixi Nā rez
dotaliū illibatū dn̄m apud virū eſt. C. de iure do. c. in rebus
Dn̄s aūt Albtus dt̄ ꝙ ſi mulier ſit lucroſa. i. ſi ex officio ſuo
vel miniſterio lucret̄. eſto ꝙ nō hꝫ bona ꝑafernalia de eo qd̄
lucrat̄ p̄t facere elemoſynam ſine mandato ⁊ cōſenſu viri ſui.
Etiā filiuſfamilias non p̄t facere elemoſynā de reb⁹ patris ſi/
ne eius licētia ⁊ mādato niſi ſupponat ꝙ placeat patri ſic̄ ſu
pra dixi de vxore Et intelligo h̄ niſi tal' filius habeat peculiū
caſtrēſe vel q̄ſi caſtrēſe. De tali eni̅ peculio p̄t facere elemoſy/
nā patre etiā inuito Peculiū caſtrēſe eſt qd̄ acq̄ſiuit ex militia
Peculiū q̄ſi caſtrēſe eſt qd̄ acq̄ſiuit ex ſciā vel artificio hone/
ſto Intelligo etiā niſi videat pauperē in extrema neceſſitate
cōſtitutū De filio etiā eūte ad ꝑegrinatōem vel exiſtēte in ſtu
dio intellige vt ſupra dixi de monacho Et multo minus ſer/
uus vel ancilla p̄t facere elemoſyna de rebus dn̄oꝝ. niſi forte
fuit eis cōmiſſa miniſtratio bonoꝝ. q̄ tūc poſſent. tn̄ modera
te ſi ſciant ꝙ dn̄o non diſpliceat

¶ Terciū ꝯſideratū circa elemoſynā. ſ. cui dꝫ dari elemoſyna

ELemoſyna nō dꝫ dari niſi indigēti. ⁊ h̄ ſonat nomē ele/
moſyne. Vn̄ elemoſyna vt dt̄ Eberhardus dr̄ ab eloys
qd̄ eſt miſer. ⁊ moys qd̄ eſt aqua. quaſi miſeroꝝ. i. indigentiū

aqua. Hoꝝ āt qui petūt eleymoſinā q̇dā petūt quaſi ex debi
to ſicut religioſi mēdicātes q̇ p̄dicāt verbū dei. et celebrāt q̇ti
die ꝑ bn̄factoribꝫ ſuis. Et iſti dūmō cōſtet eos habere illud
officiū ſunt omībꝫ aliis pferēdi Et iſti dicuntur petere q̄ſi ex
debito. qꝛ nō ſolū danť eis tp̄alia. īmo etiā ſpūalia accipiūť
ab eis. Vn̄ in pſona taliū dt apl's. Si ſpūalia vobis ſemina
mus nō eſt mirū ſi tp̄alia veſtra metamus. Alii tm̄ petūt pro
vite ſue ſuſtētatōe. ſicut iſti pauperes q̇ mēdicāt. Et in iſto ca
ſu aut hō p̄t dare oībꝫ aut nō Si p̄t oībꝫ dare tūc dꝫ oībꝫ da
re abſqꝫ vlla diſtinctōe. Et ad hoc inducunt exēpla Abrae et
Lotb. q̇ qm̄ oēs indifferēter recipiebāt hoſpitio. āgelos etiā
in hoſpitio ſuſceperūt Si em̄ aliq̄s repuliſſent. forſitan inter
illos angelos repuliſſent Et in hoc caſu ait Joannes Cryſ.
Quieſcamus ab abſurda. i. nephāda ac diabolica curioſita
te. ſ. diſcernēdi inter pauperē ⁊ pauperē. Nō em̄ ex vita corꝫ
q̇ accipiūt vel q̇bꝫ das mercedē tibi tribuet deus. ſꝫ ex volūta
te et honorificentia multa et miſericordia et bonitate. xl. di.
quieſcam⁹. Itē Greg. xi. q. iii. qm̄. in fine dt ꝙ excōicato etiā
dāda eſt eleymoſina. Et hoc intelligo tā de excōicato q̄ꝫ de q̄
libet alio pctōre notorio. qđ intelligēdū eſt niſi ob ſaturitatē
ſibi negligerēt iuſticiā. ⁊ fierēt deteriores. qꝛ in tali caſu nō eſt
eis facienda eleymoſina. vt ait Aug. v. q. v. Nō ois. Et h̄ in
tellige niſi eſuriant ad mortē Tūc em̄ q̄ꝫtūcūqꝫ negligerēt iu/
ſticia dn̄t paſci. niſi forte iudex ſecularis dānaſſet eos ꝓpter
ſcelera ſua ad fame moriendū In ſcđo iſto caſu in q̇ nō p̄t oī
bus dari eleymoſina poſito ꝙ oēs equaliter indigeant. dicit
Amb. decē circa hoc eē ꝯſiderāda. ſ. fidē. cām. locū. tp̄s. mo/
dū. neceſſitudinē. ſanguinis ꝓpinquitatē. etatē. debilitatem
cōditōem ſiue nobilitatē. Fidē. qꝛ fidelis p̄ferēdus eſt infide/
li. Cauſam. qꝛ ſi duo tenētur capti vn⁹ ꝓpter culpā ſuā alius
ſine culpa: iſte eſt p̄ferēdus alii. Locū. qꝛ captus ſiue detēt⁹
in carcere p̄ferēdus eſt illi q̇ libere p̄t ire q̇cūqꝫ vult Tp̄s. qꝛ ſi
vn⁹ in tp̄e pſecutōis patiť p̄ferēdus eſt illi q̇ nullā pſecutōem
patiť Modū vt nō totū deť vni. nec ſimul effundanť opes.
ſꝫ diſcrete diſpenſenť. niſi forte aliquis vellet relinq̄re ex toto
ſeculū Neceſſitudinē vt magis īdigēs min⁹ indigenti p̄ferať

Sanguinis ꝓpinquitatē. vt ꝓpinquus p̄ferat extraneo Eta tez. qꝛ ſenes ſunt iuuenibꝫ p̄ferēdi Debilitatē. vt infirm9 p̄fera tur ſano ꝛ debilis forti Nobilitatē. vt nobilis p̄ferat ignobili Et iſtō totū intelligēdū ē ceterꝫ paribꝫ Tal'em ꝯditio poſſet eē ex᷒ vna pte ꝙ reformaret pactū ī cōtrariū Sicut pone q̄dā hꝫ prēm infidelē q̄ īdiget eleymoſina. et exn̄s fidel' indiget etiā elemoſina nec ip̄e p̄t ſubuenire vtriqꝫ ſꝫ vni tm̄. cui ſubueniet an pri infideli an extraneo fideli ī exhibitōe nutrimēti In iſto caſu dicūt aliq̄ ꝙ pater infidel' ē p̄ferēdus extraneo fideli ī ex hibitōe nutrimēti Sꝫ extrane9 fidel' p̄ferēd9 eſt patri infideli in dilectōe argu. xxx. di. c. ij. Et fundat iſta opinio ſup iſtō p̄ ceptū. honora prēm tuū. ꝛ intelligit ſi eq̄liter indigeāt Si em̄ extrane9 indigeret ad mortē. pater nō. tūc extrane9 eēt p̄feren dus patri. Alij dicūt ꝯtrariū: ſ. ꝙ boni extranei ſunt malis ꝓ pinq̄s p̄ferēdi. Quis iſtoꝝ dicat meli9 iudicio lectoris relinq̄

¶ Quartū ꝯſideratū circa eleymoſinam. ſ. q̄ modo debet fieri eleymoſina

Quia ſm̄ qđ dicit phūs in ethicis Mod9 īponit ſpeciē actui vel actōi. qđ intelligo de ſpē moris. nō em̄ ſufficit facere bonū niſi bn̄ fiat. Vn̄ dn̄s p̄cepit Moyſi Juſte q̄d iu ſtum fuerit exeq̄ris. Jdeo ad hoc ꝙ eleymoſina ſit meritoria requirit ꝙ debito mō fiat. Vn̄ eleymoſina dꝫ fieri gratanter ſiue letāter. vt ait apl's. ij. ad Coꝛ. ix. Qui parce ſeminat pce et metet. et q̄ ſeminat in bn̄dictōibꝫ de bn̄dictōnibꝫ et metet. vnuſq̄ſqꝫ ꝓut deſtinauit in corde ſuo. nō ex triſticia aut neceſſi tate Hilarē em̄ datorē diligit de9 Scđo dꝫ fieri ſecrete Vn̄ ſaluatoꝛ. Cū facis eleymoſinā noli tuba canere ante te. ſicut ypocrite faciūt. ꝛ ſequit Te aūt faciēte eleymoſinā neſciat ſi niſtra tua q̄d faciat dextera tua. Tercio dꝫ fieri abūdāter. ꝛ h̄ ſm̄ facultatē dātis. vn̄ Thob. iiij. Fili ſi ml'tū tibi fuerit abū danter tribue. ſi āt exiguū libēter impartiri ſtude. Quarto dꝫ fieri prudēter. vt fiat ſm̄ traditā formā in. c. p̄cedēti. Quinto debet fieri feſtinanter. vn̄ ſapiēs Qui cito dat bis dat. Sex to dꝫ fieri ardēter. i. cū intētōe recta. vt ſcꝫ fiat ꝓpter deū ꝛ nō ꝓpter vanam gloriā Unde ſicut ait Gre. Qui celū mereri po terat nō ventum tranſitoꝛij fauoris querat

¶Cap. iij. q̄rti tractat⁹ ſcd̕e partis p̄ncipalis eſt de ieiunio q̄ eſt ſcd̕a pars ſatiſfactõnis. habēs quatuor capl'a ſub ſe.

SEcūda pars ſatiſfactõis eſt ieiuniū. de q̄ d̕r in Thobia Bona eſt eleymoſina cū ieiunio. Circa qd̕ ꝯſideranda ſunt quatuor. Primo quot modis dicit̃ ieiunium Scd̕o qn̄ fuit inſtitutū. Tercio quot requirãtur ad hoc ꝙ ieiunium ſit meritoriū Quarto quot bona facit ieiunium

¶Primū ꝯſideratū circa ieiuniū. ſ. q̄t modis d̕r ieiuniū.

NOtandū ꝙ triplex eſt ieiuniū. Primū eſt corpis a cibo et a potu materiali. Scd̕m eſt afflictõis a gaudio tpa/li. Terciū eſt abſtinere a pctõ mortali. Et hoc triplici ieiunio debemus caſtigare iumētuz. id eſt corpus noſtruz Parū eſt eñ ieiunare a cibo niſi ieiunet̃ a pctõ. vñ Jſaias Quare ieiunauimus et nõ aſpexiſti. humiliauimus aīas noſtras ⁊ neſciſti. Loquit̃ Jſaias in pſona ieiunãtiū in peccato mortali Et ſubdit reſpõſionē in pſona dei loquēs. Ecce ad lites ⁊ ꝯten/tõnes ieiunatis ⁊ pcutitis pugno impie. Et ſequit̃. Nunq̇d tale eſt ieiuniuz qd̕ elegi. quaſi dicat non īmo iſtud Diſſolue colligatõnes īpietatis. ſolue faſciculos deprimētes. et omne onus ſcꝫ pctī diſrūpe Frãge eſurienti panē tuū. et egenos vagoſqꝫ induc in domū tuam: Cum videris nudū operi eum. et carnē tuam ne deſpexeris

¶Scd̕m ꝯſideratū circa ieiuniū. ſ. qn̄ fuit inſtitutū.

DOminus inſtituit ieiuniū in paradiſo terreſtri. qn̄ precepit p̄mis parētib⁹ ne comederēt de ligno ſcīe boni ⁊ mali Sed poſtea ſcīficauit ip̄m in deſerto qn̄ ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

¶Terciū ꝯſideratū circa ieiuniū. ſ. q̄t req̄runt̃ ad ieiuniū

AD hoc ꝙ ieiunium ſit meritoriuz requirūtur quattuor que debent ipſum cõcomitari. ſcꝫ largitas. leticia. hora. et mēſura. De largitate dicit Iiero. Quod manducaturus eſſes ſi non ieiunares de pauperibus. vt ieiunium tuum ſit ſaturitas anime nõ marſupij lucrum. Jllud ieiuniū deus approbat vt ait Greg. qd̕ ad eū manus eleymoſinarū eleuãt Jdeo iſtud qd̕ tibi ſubtrahis alteri largire. vt vñ caro tua affligatur inde indigentis proximi caro releuetur. De leticia

dicit chriſtus. Cū ieiunatis nolite fieri ſicut ypocrite triſtes.
exterminānt em̄ facies ſuas vt appareāt hoīb9 ieiunantes. De
tercio ſcȝ de hora notādū ꝙ hora comedēdi ī dieb9 ieiunioꝝ
ē hora nona vel circa. ita tn̄ ꝙ ſcḋm qḋ dicit Thomas in q̄rto
ſuo nō oꝑtet aſpicere aſtralabiū. ſȝ ſufficit ꝙ nō anticipet̄ ni/
mis notabiliter p̄dicta hora Vn̄ legit̄ in libro Regū. xiiij. ꝙ
ionathas q̄ anticipauit horā ꝯmedēdi morti fuit adiudicat9
De q̄rto. ſ. de mēſura notādū ꝙ ieiunās dȝ multū ſobrie co/
medere vn̄ dicit̄. i. Pe. v. Sobrij eſtote ꝛc̄. Et ſobrietas iſta
attēdit̄ tam in cibi qualitate q̄ȝ in q̄ȝtitate. In qualitate cibi
vt ſcȝ hō nō comedat cibaria ꝓhibita. ſicut carnes vel lactici
nia. Et ſil'r nō q̄rant̄ cibaria exq̄ſita. exq̄ſito ꝛ ſingl'ari mō pa
rata. Vide de hoc s̄. c. de interrogatōib9 faciēdis in ꝯfeſſio
ne. Sobrietas etiā attēdenda eſt in q̄ȝtitate vt nō ſumat̄ cib9
niſi q̄ȝtum ſufficit ad nature ſuſtētatōem Superfluitas em̄ ci
bi multa mala facit. q2 ꝓuocat ad luxuriā. et oē opus bonum
diſſoluit Vn̄ ī figura huius legit̄ in q̄rto li. Reg. xxv. ꝙ Na
buzardā q̄ interp̄tat̄ p̄nceps cocoꝝ. ꝑ quē intelligit̄ vētris in
gluuies deſtruxit muros hierl'm ꝑ quos intelligunt̄ virtutes
aīe fidelis. Vn̄ augu. Mens auiditate ciborū laxata perdit
orōnis virtutē ꝛ Hiero. Venter mero eſtuans de facili ſpu/
mat in libidinem

¶ Quartū ꝯſideratū circa ieiuniū. ſcȝ quot bona facit

Ieiuniū debito mō obſeruatū tria bona facit Primo re
primit ſtimulū carnaliū vicioꝝ Scḋo mentē eleuat ad
ꝯtēplatōem diuinorū. Tercio impetrat grām virtutū ꝛ cele/
ſtiū p̄mioꝝ Et iſta tria tāgūtur in p̄fatōe q̄dragesime in q̄ dr̄
Qui corꝑali ieiunio vitia ꝯprimis. mētē eleuas. ꝟtutē largi
ris ꝛ p̄mia ¶ Notādū inſuꝑ ꝙ ꝑ ieiuniū intelligunt̄ oēs afflic
tiones corꝑales ſicut vigilie. ꝑegrinatōes. flagella ꝛc̄.

¶ Cap. iiij. ꝛ p̄ncipale ē de orōe q̄ eſt tercia ꝑs ſatiſfactōis

Oratio q̄ eſt tercia pars ſatiſfactōis definit̄ ſic a Dama/
ſceno Oratio eſt pius affectus mētis in deū tendens. ꝛ
plerūq3 ne animus pigritet̄ in vocē ꝓrūpens. vl'ſic. Orō eſt
ꝯgeries vocū ad aliq̄d īpetrādū in deū tendētiū ¶ Notādum
ꝙ in orōne non debēt peti tꝑalia ad minus principaliter. ſed

# De ſatiſfactione.

dñt peti ſpũalia et ꝑtinẽtia ad ſalutẽ. iuxta illd ꝟbũ ſaluatoꝛꝫ
Primũ q̄rite regnũ dī ⁊ iuſticiã ei9. ⁊ hec õnia. ſ. tꝑalia adij/
ciẽtur vobis. Que ãt ſunt petenda ī orõe oñdit xp̄s quando
diſcipul' dicẽtib9 ſibi. magiſter doce nos orare dixit Cũ oratꝫ
dicite Pr̄ nr̄ ⁊c̄. Et de h̄ dicet̄ infra in tercia ꝑte vbi tractabit̄
de iſta materia in ſpẽali. Notãdũ ãt ē q̄ ad h̄ q̄ oratio ſit me
ritoria ⁊ ſatiſfactoria req̄rit̄ q̄ habeat tredeci ꝯditõẽs. ſ. q̄ ſit
fidel'. ſecura. humil'. diſcreta. deuota. verecũda. ſecreta. pura.
lachrymoſa. attẽta. feruida. oꝑoſa. ⁊ aſſidua Et de iſtis non
pl9 ꝓſequar. q2 de ſe ſtꝫ note cuilibet aduertere volẽti Valet
ãt orõ p̄cipue ꝯ vitia ſpũalia. Vñ Hiero. ſuꝑ illũ locũ Hoc
gen9 demonioꝝ nõ eijcit̄ niſi in orõe ⁊ ieiunio ait ſic Medici
na ē cuilib3 morbo adhibẽda. ⁊ iõ nõ ſanat oculũ qd ſanat cal/
caneũ Jeiunio ſanant̄ peſtes corꝑis. orõne aũt ſanant̄ peſtes
aĩe vel mẽtis Si ãt q̄rat̄. q̄ aũt iſtaꝝ triũ ꝑtiũ ſatiſfactõnis ſit
potioꝛ. ſc3 orõ elẽoſyna vl' ieiuniũ Dõm q̄ ſi ꝯparent̄ q̄ꝫtũ ad
obiectũ qd īmediate reſpiciũt. vel q̄ꝫtũ ad materiã circa quaꝫ
ſunt Si p̄mũ ſic oratio ē dignioꝛ alijs duab9. Oratio eñ h3
deũ ꝓ īmediato obiecto. vt p3 ex ei9 deffinitõe Nã orõ eſt pius
affectus mẽtis tendẽs ad deũ ⁊c̄. Elẽoſina ãt h3 ꝓ immediato
obiecto miſeriã ꝓximi. ⁊ ad hãc releuandã ordinat̄ Jeiuniũ
ãt h3 ꝓ īmediato obiecto laſciuiã carnis. q2 ad hãc reformãdã
ordinat̄ Orõ etiã eſt circa ſpũalia. elẽoſyna ãt ⁊ ieiunium circa
corꝑalia. q̄re manifeſtũ eſt q̄ oratio eſt dignioꝛ ⁊ potioꝛ elẽo/
ſyna et ieiunio Si aũt ꝯꝑant̄ q̄ꝫtum ad ambituꝫ. ſic elẽoſyna
eſt potioꝛ orõne ⁊ ieiunio. q2 elẽoſyna ꝯtinet in ſe orõem ⁊ ieiu
niũ Jlle eñ q̄ dat elemoſynã indigẽti obligat ip̄m ad orandũ
ꝓ ſe deũ. ⁊ ſic orõ includit̄ in elẽoſyna Jlle etiã q̄ facit elẽoſy/
nã eſt ꝑticeps ieiunij ⁊ abſtinẽtie illius q̄ recipit eam. ⁊ ſic ieiu
niũ in elemoſyna ꝯtinet̄ Vñ credo q̄ elemoſyna eſt vtilioꝛ ⁊
potioꝛ ad ſatiſfaciẽdũ ieiunio ⁊ orõe Et iſta videt̄ intẽtio bea/
ti Pauli in prima ep̄la ad Thimo. c. iiij. vbi ſic inq̄t Exerce
aũt teip̄m ad pietatẽ. i. ad elẽoſynã Nã corꝑalis exercitatio. i.
ieiuniũ ad modicũ eſt vtilis. pietas aũt ad oĩa vtilis eſt pro/
miſſionẽ habens vite q̄ nũc eſt ⁊ future

¶ Que pñia d3 imponi ꝓ vnoquoq3 pctõ Ca. v.

Quanto pctm̄ eſt ḡuius tāto ceteris paribꝫ dꝫ fieri et im
poni maioꝛ ⁊ ḡuioꝛ pnīa ſeu ſatiſfactio ꝓ eo Et dico cete
ris paribꝫ.qꝛ tales circūſtātie pñt eē ex ꝑte ꝑſone peccantis.
vel etiā ex ꝑte pcti ꝙ ꝓ minꝰ graui pctō debeat īponi graui/
oꝛ pnīa ſeu ſatiſfactio.vbi grā.ꝯſtat ꝙ interficere matrē ē gra
uius pctm̄ q̄z interficere vxorē.⁊ tñ grauioꝛ pnīa dꝫ īponi de
iure vxoricide q̄z matricide Et rō eſt.qꝛ pnīa dꝫ eſſe talis ꝙ ſit
remediū pctī ꝑteriti ⁊ cautela futuri Et iō qꝛ hoīes ſtꝫ magis
ꝓni ad vxoꝛicidium q̄z ad matricidiū vt magis retrahant ma
ioꝛ pnīa dꝫ imponi ꝓ vxoꝛicidio q̄z ꝓ matricidio Et in ſilica/
ſu maioꝛ pnīa dꝫ imponi iuueni lubꝛico q̄z ſeni. Sed ceteris
paribꝫ q̄to pctm̄ eſt grauius tāto maioꝛ pnīa dꝫ imponi pro
eo Ad videndū ḡ q̄ pnīa ꝓ vnoquoqꝫ pctō ſit imponēda. vi/
dendū ē de gradibꝫ peccatoꝝ.qđ ſcꝫ pctm̄ grauius eſt altero.
Notādū eſt ḡ ꝙ grauitas pt attēdi in pctīs tribꝫ modis.vno
mō circa idē pctm̄.⁊ hoc duobꝫ modis Uno mō ex ꝑte cauſe
inducētis ad pctm̄ Nā ſm qđ dt Gre.pctm̄ tribꝫ modis cō
mittit̄.ſcꝫ aut ignoꝛātia.aut infirmitate.aut ſtudio.ſ. certa ſci
entia ꝑpetratur Nō peccatū qđ ꝑpetrat̄ ex infirmitate ē gra
uius q̄z ſi ꝑpetraret̄ ex ignoꝛātia. ſed multo grauiꝰ ſi ꝑpetrat̄
ex certa ſcīa.de pe.diſt.ij.ſciendū Unū maioꝛ pnīa imponēda
eſt ꝓ pctō ꝑpetrato ex infirmitate.i.tētatōe vel fragilitate q̄z
ꝓ pctō ꝑpetrato ex ignoꝛātia.⁊ multo maioꝛ ꝓ pctō ꝑpetra/
to ex certa ſcīa. Nec eſt hoc ꝯtra illud dictū qđ dt Ambꝛo.di
cēs Grauiter peccat q̇ ſibi ꝑmittit impunitatē.grauius q̇ cō
tēnit.ſed grauiſſime q̇ ignoꝛat.qꝛ exponendū eſt grauiſſime.i.
periculoſiſſime.qꝛ ſpēalis pnīa nō agit̄ de pctō quod ignoꝛat̄
Unū Joānes Crif.al's os aureū Nullū inuenit̄ delictoꝝ ta/
le remediuꝫ ſicut eoꝝ ꝯtinua memoꝛia.de pe diſt.iij. Judas.
Et hoc intelligas cū homo recoꝛdat̄ de pctō ad ꝯtritōem nō
ad delectatōem Alio mō poteſt attendi grauitas circa idem
peccatū ex ꝑte ipius peccati. Nā vt dt Augꝰ. Sicut tribus
gradibꝫ ꝑuenitur ad pctm̄.ſcꝫ ſuggeſtione. delectatione. ⁊ cō
ſenſu.ita ipius pctī ſunt tres differētie.ſcꝫ pctm̄ in coꝛde. pec
catū in oꝛe ⁊ opē.⁊ peccatū in ꝯſuetudine Ita ꝙ pctm̄ in opē
eſt grauius q̄z peccatū in coꝛde.ſed grauiſſimū eſt in cōſuetu

dine Unde iſte tres differētie ſiue offenſe peccatoꝝ intelligū
tur ꝑ tres mortuos quos chriſtus dr̄ ſuſcitaſſe. ſcꝫ filiaꝫ archi
ſynagogi. filium vidue. ⁊ Lazarū. Puellam ſuſcitauit verbo
tm̄. Puerū verbo ⁊ motu Lazarū verbo ⁊ motu ⁊ lachrymis
ad oſtendendū ꝙ maior penitētia eſt imponēda pro peccato
operationis q̄ꝫ ꝓ peccato cogitationis. ſed multo magis pro
peccato cōſuetudinis Unde puellam ſuſcitauit in domo. ec/
ce peccatū cogitationis. puerū in porta ciuitatis. ecce pecca/
tum operationis Lazarū quadriduanuꝫ in monumēto. ecce
peccatū cōſuetudinis. Alio mō poteſt attēdi grauitas inter
diuerſa pctā. ita tn̄ ꝙ ſint pctā eiuſdē generis. ſicut dr̄ Aug⁹
de pctō luxurie Adulterij malū vincit fornicatōem. vincitur
adulteriū ab inceſtu. peius eſt em̄ cum matre q̄ꝫ cū alia mu/
liere concūbere. ſed omniū hoꝝ peſſimū eſt quod contra na/
turam fit Tercio modo p̄t attēdi grauitas in peccatis. et hoc
inter diuerſa peccata diuerſoꝝ generū. ſicut dr̄ Aug⁹. ꝙ gra
uius eſt homicidiū q̄ꝫ adulteriū. xxxiij. q. ij. Si quod verius
Et vniuerſaliter peccata q̄ directa cōmittunt̄ ꝯtra deuꝫ. ſicut
idolatria hereſis blaſphemia. ⁊ ſil'ia ſunt grauiora alijs De h̄
tn̄ magis dicet̄ in tercia ꝑte qn̄ aget̄ de decem preceptis legis
¶ Uiſo quō eſt gradus in pctīs videnduꝫ eſt quō dꝫ ſe habere
ſacerdos circa impoſitōem penitentie Circa quod ſciendū ꝙ
cōis ſentētia doctoꝝ tenet ꝙ oēs penitentie ſunt arbitrarie. i.
arbitrio ſacerdotis taxāde. ⁊ h̄ ꝯſideratis criminū quātitate ⁊
qualitate Itē ꝯſideratis ꝑſone dignitate. officio. paupertate.
infirmitate ſiue debilitate. ꝯplexione. ꝯſuetudīe. ſocietate. la/
chrymis. deuotōe. religione. regionis ⁊ tp̄is q̄litate. necnō ⁊
oībus alijs circūſtātijs ſupradictis Et nota ꝙ circa impo
ſitionē pn̄iaꝝ bonū eſt ſcire caſus pn̄iales q̄s ponit Hoſt. in
ſum. ſua ti. de pn̄ia. vbi dr̄ ꝙ q̇ iſtos caſus ignorat non meret̄
habere nomē ſacerdotis. ⁊ dꝫ ꝯfitenti pctōri ſacerdos decla/
rare q̇ ad hoc debet eē diſcretus. pn̄iam tn̄ p̄t moderare ſm̄ q̄
litatē: ⁊ ſic p̄t dicere ꝓ quolibet peccato. tu debes ſic penitere.
ſed forte vita non ſufficeret. ideo do tibi talem ⁊c̄. ꝓ omnib⁹
peccatis tuis concedo tibi ꝙ indulgentie facte proſint tibi. et
omnia bona que facies ⁊ mala q̄ pro amore dei ſuſtinebis in/

iungo ꝑ pn̄ia. vn̄ Leo papa. Tpa penitudis.i. pn̄ie habita
moderatōe ꝯſiderāda ſtꝫ iudicio tuo ꝓut ꝯuerſoꝝ.i. peniten
tiū aīos ꝓſpexeris eē deuotos Itē in octaua ſynodo ħ fuit im
poſitū in iudicio eoꝝ q̇ ꝑſunt vel q̄zto tp̄e vel q̄li mō penitere
debeāt q̇ derelinquūt.xxvi.q.vij.Tpa ipa.ꝛ.c.ħ ſit Hoc idē
dt Hiero.de pe.di.i.mēſurā.ſ.in arbitrio ſacerdotis eē dere
lictū tp̄s pn̄ie Ut āt ꝑticulariter ſciāt ſimplices q̄uo in impō
ne pn̄iaꝝ ꝓcedere debeāt Notandū q̄ regulariter ꝑ ꝑiurio
adulterio.fornicatōe.homicidio volūtario.ꝛ ceteris crimini
bus capitalibꝰ ē ſeptēnis pn̄ia imponēda. Et ħ duplici rōne.
Una eſt.q2 deꝰ ꝑcepit mariā ſororē moyſi ꝛ Aaron lepra ꝑ/
cuſſam.ꝑ quā intelligit̃ lepra cuiuſlibet pc̄ti mortal̄.ſeptē die
bus manere extra caſtra.ꝛ poſt mūdatōnem redire ad caſtra.
Hec rō ponit̃.xxxiij.q.ij.ħ ipm̄.ꝛ ſm̄ ħ ꝑ diē intelligimꝰ ānū
iuxta ꝟbū dn̄i dicētis ꝑ ꝓpham Diē ꝓ anno dedi tibi Alia rō
eſt.vt ſicut ꝑ pc̄tm̄ mortale pctōr amiſit ſeptiformē grām ſpi/
rituſſci.ita ꝑ pn̄iam ſeptēnē recupet eā Notādū āt q̄ lꝫ dcm̄
ſit q̄ hmōi criminibꝰ eſt imponēda pn̄ia ſeptēnis.tn̄ magis vel
minus aſꝑe dꝫ imponi ꝓut maioritas vel minoritas criminis
pēſatis ceteris circūſtātijs ħ expoſcit.vt in ſequētibꝰ appare/
bit.Sūt āt plures caſus in q̇bꝰ ꝓpter peccātis dignitatē vel
pc̄ti enormitatē imponit̃ maior pn̄ia.vel etiā ex varijs cauſis
minor Naꝫ p̄ſbiter ſi fornicatōem fecerit dꝫ agere pn̄iam.x.
annoꝝ.ſm̄ formā traditā.lxxxij.diſt.p̄ſbiter. Et iſtud intelli
gūt q̇dā de ſimplici fornicatōe Alij ꝛ forte verius de inceſtu
vel de adulterio.vtputa q2 cognouit ꝯſanguineā vel affinem
vel ꝯiugatā Itē p̄ſbiter q̇ ꝯgnouit filiā ſuā ſpūalē quā bapti/
zauit vel de ſacro fonte leuauit.vel cuius cōfeſſionē audiuit.
vel in ꝯfirmatōe tenuit dꝫ agere pn̄iam.xij.annoꝝ.ꝛ etiā dꝫ re
linq̄re ꝛ ponere res ſuas pauperibꝰ.ꝛ in monaſterio deo vſqꝫ
ad mortē ſuire.xxx.q.i.Si q̇s ſacerdos.Itē q̇ cognouit mo/
nialē dꝫ agere pn̄iam.x.annoꝝ.et ipa ſil̄r ſm̄ formaꝫ poſitam
xxvij.q.i.de filia.ꝛ.c.deuotam Matricida dꝫ penitere deceꝫ
annis ſm̄ formā ſatis aſperā poſitā.xxxiij.q.ij.Latorē Uxo
ricide adhuc imponet̃ maior pn̄ia.xxxiij.queſti.ij.admonere.
Notandū etiā q̄ parētibꝰ in quoꝝ lectis inueniuntur filij

mortui: ille ex cuius culpa ꝯtingit ſi ſit ſolutus dꝫ induci vt in
tret monaſteriū eiuſdē ep̄atus vbi pctā ſua ꝑpetua deploret
p̄nīa. ſi tn̄ nō poterit ad h̄ ꝓpter carnis fragilitatē induci ꝯce
denda eſt ei licētia ꝯtrahēdi matrimoniū impoſita ſibi in ſecu
lo ꝑmanēti graui p̄nīa Silr̄ nō debꝫ induci ingredi monaſte
riū in alijs duobꝫ caſibꝫ. quoꝝ vnus eſt ſi alter ꝯiuguꝫ viuit.
niſi forte ꝯiunx vellet ſilr̄ ingredi Alius caſus eſt ſi habeat fi/
lios ꝑuos a qbꝫ nō p̄t recedere niſi aliqͥs timēs deū ſine ſuſpi
tione filios educaret. Si aūt neſciēter iſtud acciderit puta qꝛ
negligēter collocauit ſecū filiū in lecto. ⁊ in mane inuenit euꝫ
extinctū. dꝫ agere vt dicūt doctores p̄nīam triū annoꝝ. quoꝝ
vn9 ſit in pane ⁊ aqua. extra de his q̄ fi. occi. c. ij. ⁊. iij. ⁊. ij. q. i.
Cōſuluiſti. Pro homicidio caſuali imponenda eſt p̄nīa q̄nqꝫ
annoꝝ. qn̄ culpa p̄ceſſit caſum. aliter nulla niſi forte ad caute/
lam. l. di. de his clericis. ⁊ duobꝫ. c. ſequētibꝫ Et credo qꝫ idē
iudicuꝫ eſt de homicidio neceſſario. De iſta materia vide in
tercia ꝑte in tractatu de. x. p̄ceptis De vitio ſodomitico q̄z ſit
deteſtabile. pꝫ ꝑ Aug9. dicentē. qꝫ lōge maius crimē eſt q̄ꝫ ag
noſcere matrē. Patet etiā ꝑ penā ſodomitis inflictā q̄ in igne
ſulphureo de celo miſſo ꝑierūt Iſtud etiā pctm̄ clamat ſp̄ēa/
liter vindictā ad dn̄m Vn̄ in Gen̄. dt dn̄s Clamor ſodomoꝝ
et gomorreoꝝ venit ad me. qꝛ vt ait Aug. violaꝝ ꝑ iſtud pec
catum ſocietas que nobis dꝫ eſſe cū deo. cuꝫ eadē natura cu/
ius ip̄e ē actor libidinis ꝑuerſitate polluit̄. xxxij. q. vij. flagi/
cia De iſto pctō etiā dt Aug. Vidēs deus in humana natu/
ra tm̄ nephas ꝯtra naturā fieri deſijt incarnari Et ĩfinita ma
la de iſto nephādo crimīe p̄nt dici Eſt em̄ tante maledictiōis
nō ſolū actus ſed etiā ip̄a noīatio ſiue ꝓlatio qꝫ os loquentis
aures audientiū ip̄aqꝫ quodāmō polluit elemēta Et iſtud ma
le cogitāt hyſpani. pueri em̄ in cunabulis exn̄tes. etiā mulie/
res verecūdia muliebri poſtpoſita iſtud nephandū ⁊ execra/
bile ꝟbū q̄d ſtellā noīant oībꝫ ꝟbis ſuis īmiſcēt. Et ſic vt dic
tū eſt os loquētis aures audientiū ⁊ ip̄a elemēta polluit Vn̄
labia taliū dn̄t cū ferro candēti cauterizari Vn̄ credo qꝫ ꝑ hu
iuſmōi nephādiſſimo crimīe grauiſſima pena ſit iniungenda
Multa alia crimīa ponunt̄ in diuerſis caplīs in corꝑe decre

toꝝ pro qͥbꝫ maioꝛ pñia ꝙ̃ ſeptẽnis eſt imponenda.q̃ omitto
hic.qꝛ talia crimĩa de iure ⁊ ꝯſuetudine reſeruantur iudicio
epõꝝ.qͥs credo talia iura melius me ſcire Et etiã qꝛ indiſtin
cte credo oẽs penitẽtias hodie eẽ arbitrarias.i.arbitrio ſacer
dotũ taxãdas pẽſatis ꝯtritõe ⁊ ꝯditõe pctõꝝ.⁊ oĩbꝫ alijs cir/
cunſtãtijs Unde etiã poſſet eẽ tãta ꝯtritio ꝯfitẽtis ꝙ ꝓ pctõ
maximo eſſet ei modica. ĩmo qͣ̃ſi nulla pñia imponẽda. ſicut
fecit dñs Clemẽs qͣrtꝰ.q̇ cũ qͣdã die eq̇taret ꝑ romã.qͣdã mu
lier q̃ de remotis venerat acceſſit ad eũ portãs vnũ puerum
paruulũ in brachijs.⁊ voce magna cum lachrymis clamauit
Pr̃ ſctẽ miſerere mei peccatricis et da mihi pñiam.qꝛ habui
iſtũ filiũ quẽ hic porto a filio meo Et papa cum oĩbꝫ abſoluit
eã.⁊ impoſuit ſibi pñiaꝫ ꝙ ieiunaret ꝑ annũ ſextas ferias ĩ pa
ne et aq̃ Et mulier recedẽs ⁊ reuoluẽs ſecũ grauitatẽ pcti ⁊ ꝑ
uitatẽ pñie credidit ꝙ papa nõ bñ intellexit eã.et in craſtinuꝫ
acceſſit ad papã eq̇tantẽ ⁊ ꝯfeſſa eſt ſibi ſicut ṗus. ⁊ papa ab/
ſoluit eã iniũgens ſibi pñiam ꝙ diceret tria pat̃ noſter Mu
lier itaqꝫ recedẽs ⁊ ſecũ vt ṗus pctm̃ ⁊ pñiaꝫ reuoluẽs iterato
ad papã rediẽs ⁊ corã omnibꝫ vt ṗus fecerat cõfeſſa eſt. quaꝫ
papa abſoluit imponẽs ei penitentiã vt diceret vnũ pat̃ no/
ſter Et cum interrogaret̃ q̃re ei ita modicã imponeret penitẽ
tiã Reſpõdit papa Plus aſcẽdit doloꝛ ⁊ verecũdia quã paſſa
eſt ita publice ꝯfitẽdo pctm̃ ſuuꝫ ꝙ̃ ſi omnibꝫ diebꝫ vite ſue
in pane et aqua ieiunaſſet Exemplo g̃ iſto ꝯfeſſoꝛ in impoſi/
tione pñie debet attẽdere ꝯtritõem.doloꝛẽ verecundiãqꝫ cõ
fitẽtis.⁊ ſ̃m ꝙ videbit maioꝛem vel minoꝛẽ contritõem debꝫ
imponere maioꝛem vel minoꝛem penitentiã. Notandum
aũt ꝙ pro peccato vbi dꝫ fieri renunciatio ſicut ſymonia vl̃ re
ſtitutio.ſicut in furto vel rapina.depdatione.incendio.vſu/
ra.fraudulenta ⁊ doloſa negociatione.ludo ſ̃m diſtinctioneꝫ
ſupꝛapoſitã debet imponi penitẽtia ꝙ renũciet vel reſtituat
ſi poteſt.vel ſi non poteſt ꝙ habeat animũ reſtituendi ⁊ dole
at.qꝛ non poteſt.⁊ ꝓmittat ꝙ ſi deus det ſibi de quo poſſit re
ſtituere ꝙ reſtituat.al̓s nõ abſoluat̃.nec penitẽtia ei imponat̃
Notandum etiã ꝙ ſacerdos ſemꝑ debet imponere penitẽ
tiam ꝑ contrariũ coꝛreſpondentẽ ipi peccato. vt ſuperbo oꝛa

tionē. auaro elemoſynam. luxurioſo ieiunium. ⁊ ſi videaꝛ ex/
pedire peregrinatōem vel loci mutationem vt ſic maceretur
caro ⁊ refrenetur ⁊ non reficiaꝛ ad delectatōem ex memoria fa
cti vel aſpectu ꝑſone vel loci cū q̄ ⁊ in q̄ peccauit. ⁊ fuit pecca/
tum ꝑpetratum vt l. xxxi. diſtin. valet. xv. queſtiōe. i. mulier
¶ Notandū etiā ꝙ debet cauere ſacerdos ne imponat peni/
tentiā ſeruo per quā fiat preiudiciū domino nec diſcipulo ꝑ
quā fiat preiudiciū magiſtro. nec ecōuerſo. Et iſtud maxime
caueat circa virum et vxorem ꝙ nō imponat alicui penitētiā
talem ꝑ quā alius poſſet peruenire in cognitionem peccati
¶ Sed ponaꝛ ꝙ aliquis peccator confiteaꝛ de peccatis ſuis
et penitet. vel dicit ſe penitere de peccatis. non tamē vult ſub
ire onus penitētie dicens ſe delicatū vel infirmū vel male cō/
plexionatum. ⁊ ſimilia. quid faciet de iſto Dico ꝙ ſi ipē dicat
ſe penitere de peccatis ⁊ proponat de cetero ſe abſtinere cum
allegat fragilitatē ⁊ recuſat ſatiſfactionis aſperitatem debet
ſacerdos inducere ipſum vt habeat animū paratum ad om/
nem ſatiſfactionem portandā. oſtendendo ſibi magnitudinē
peccatoꝝ ſuorum. ⁊ que et quanta bona amiſit propter iſta q̄
oīa recuperabit ꝑ penitentiā Oſtēdendo etiā que et quāta
ſuſtinuit chriſtus ꝓ pctīs noſtris. q̄ tamē ſumme erat delica/
tus ⁊ quot ⁊ quāta ſuſtinuerūt ſancti martyres ⁊ ſcē virgines
tenere delicate ⁊ a pctīs īmunes Quāta ḡ pena debeaꝛ tātis
et talibꝰ pctīs q̄ tu ↄmiſiſti. ⁊ multa talia dꝫ ſibi oñdere. Et ſi
cū iſtis oībus nō p̄t ipm̄ inducere imponat ei talē penitentiā
quā veriſil'r credit eū portare poſſe Et ad hoc inuitat nos exē
plum chriſti q̄ nunq̄ꝫ legiꝛ grauē impoſuiſſe pn̄iam. niſi. va/
de ⁊ amplius noli peccare. vñ Criſ. ſuꝑ illū locū. alligāt one/
ra grauia ⁊c. dīt ſic Si erramꝰ modicā penitentiā imponētes
nōne melius eſt ꝓpter pn̄iam paruā dare rōem q̄ꝫ ꝓpt' nimiā
crudelitatē ſuccūbere penitentē. xxvi. q. vij. alligāt Aug. Si
nō p̄t gaudere ſacerdos de om̄imoda purgatione peccatoris
gaudeat ſaltem q2 liberatū a gehēna mittit ad purgatorium
Ex quo patet ꝙ ſi penitētia impoſita a ſacerdote nō eſt ↄdig
na ↄplebitur in purgatorio ¶ Itē pone ꝙ aliquis ↄfiteaꝛ
tur pctā ſua ⁊ non vult abſtinere ab eis. vel vult abſtinere ab

vno ⁊ nō ab altero.nūq̇d admittēdus eſt ad pn̄iam. Dico q̄
ſacerdos dꝫ ꝯfeſſionē iſtius audire ⁊ recipe.nō tn̄ dꝫ eū abſol
uere.ſed dꝫ ſibi de pctīs ꝯfeſſis ſalubrius ꝯſiliū qḋ poterit ex
hibere.⁊ ꝯſulere q̄ faciat aliquā pn̄iam ꝑ peccatis.⁊ induce/
re ad bonū ꝙ̄tum poterit.⁊ oīa bona q̄ de ꝯſilio ſacerdotis
iſte faciet ꝙ̄tūcunqꝫ informia.i.ſine charitate facta.ꝙ̄uis ſibi
nō valeāt directe ꝙ̄tū ad vitā eternā obtinendā.tn̄ valebūt ſi
bi ad q̄tuor vel ad aliqḋ ipſoꝝ. Primo ad extremi iudicij ſup
pliciū tolerabilius ſubeundū.de pe.di.iiij. Si q̇s aūt non hꝫ
charitatē. Scḋo ad tpalē pſperitatē obtinendā.de pe.di.iij.
cauendū.xxij.q.ij. Si quibꝫ. Tercio ad hoc vt illuſtret citiꝰ
cor eius ad pn̄iam.de pe.di.iij.flens.in fi. Quarto q̄ꝛ diabo/
lus nō p̄t ſibi tantū nocere.ſicut pꝫ de iudeo.de q̄ narrat Gre
goriꝰ in libro dialogoꝝ.q̄ q̄ꝛ ſe ſignauerat demones nō po/
tuerūt ſibi nocere Ex dictis patet q̄ ad hoc q̄ pn̄ia ſit ſatiſ/
factoria et meritoria optet q̄ ſit facta in charitate.i.q̄ ille q̇ fa/
cit eā ſit ſine peccato mortali ¶ Sed pone.alicui penitenti in
iuncta fuit penitētia ⁊ anteꝙ̄ ꝯpleat pn̄iam ſuā labit̄ in pctm̄
mortale.et exiſtēs in pctō ꝯplet pn̄iam iniunctā.poſtea redit
ad ſtatū gratie.nunq̇d valet illa pn̄ia.vel tenet̄ eam reiterare
Ad hoc dı̄t ſcūs Tho.de aq̇no in q̄rto ſuo q̄ q̄dam ſunt opa
ſatiſfactoria quoꝝ effectus manet poſtꝙ̄ ipa facta ſunt.ſicut
poſtꝙ̄ facta eſt elemoſyna adhuc manet eius effectus.ſ.di/
minutio ſubſtātie tpalis dātis Silr̄ poſtꝙ̄ aliq̇s ieiunauerit
adhuc manet effectus ieiunij q̇ eſt debilitas corpalis ieiunā
tis Et talia ꝙ̄uis ſint in pctō mortali facta nō optet q̄ iteret̄.
Alia ſunt opa ſatiſfactoria q̄ poſtꝙ̄ facta ſunt nihil remanet
de eis.ſicut oratio.⁊ iō ſi fiāt in pctō mortali optet q̄ iterentur
Vn̄ ſi alicui fuit iniūctū in pn̄ia q̄ dicat centū pat̄noſter ſi di
cat ea exn̄s in pctō mortali nō ꝯplet pn̄iam.imo optet q̄ ite/
ret eā exn̄s in grā.ſecus de elēoſyna ⁊ ieiunio.vt dcm̄ eſt. Et
circa h̄ ſciendū q̄ opa facta in charitate mortificant̄ ꝑ ſequēs
pctm̄ mortale.⁊ viuificant̄ poſtea ꝑ verā pn̄iam ſi ſeq̇tur Sꝫ
illa q̄ nūꝙ̄ fuerūt viua.i.illa q̄ fuerūt facta in pctō mortali nū
ꝙ̄ pn̄t viuificari.vn̄ ꝟſus. Illa reuiuiſcūt que viua nata fue/
runt Viuere nō poſſunt que mortua nata fuerunt

# De ſatiſfactione

¶ Caplm vi. quarti tractatus ſcd̄e ptis pncipalis.
Utruʒ vnus poſſit pro alio ſatiſfacere

NUnc reſtat videre vtꝝ vnꝰ poſſit ꝓ alio ſatiſfacere Cir
ca qđ ſciēdū ꝙ iſte ꝓ q̄ q̄s ſatiſfacit aut ē viuꝰ aut mor
tuus Si ſit viuꝰ aut ipe p̄t ꝑ ſe ſatiſfacere. aut nō p̄t Si p̄t di
co ꝙ viuꝰ nō p̄t ꝓ alio viuo ſatiſfacere. Et rō q̄ me mouet ad
h̄ eſt iſta. Eq̄tas eī diuine iuſticie exigit vt q̄ peccat ſatiſfa ci
at. et hoc ſi p̄t ꝑ ſe. ſʒ iſte peccauit ⁊ p̄t ꝑ ſe ſatiſfacere. ḡ oʒ ꝙ ꝑ
ſe ſatiſfaciat Si āt nō p̄t ꝑ ſe ſatiſfacere tunc dico ꝙ aliꝰ p̄t ꝓ
eo ſatiſfacere Sʒ ad hoc req̄rūt multa. q̄dā ex ꝑte illiꝰ q̄ ſatiſ
facit. q̄dā ex ꝑte illiꝰ ꝓ q̄ ſatiſfit. q̄dā ex ꝑte vtriuſqȝ. q̄dā ex ꝑ-
te opis ſatiſfactorij Ex ꝑte illiꝰ q̄ ſatiſfacit req̄rit ꝓpinq̄tas. ſ.
ꝙ ille q̄ ſatiſfacit ſit obligatus ꝓpinq̄tate ſanguinis illi ꝓ q̄ ſa
tiſfacit. Sicut credo ꝙ pater ſi eſſet ipotēs ad ſatiſfaciēdū. fi
lius poſſet ceteris ꝯcurrētibꝰ ſatiſfacere ꝓ eo Et rō ē. qꝛ pat ⁊
filiꝰ ſunt q̄ſi vna ꝑſona Ex ꝑte illiꝰ ꝓ q̄ ſatiſfit req̄rit nccitas
ſcʒ ꝙ indigeat. et etiā ipoſſibilitas. ſ. ꝙ nō poſſit ꝑ ſe ſatiſface
re Ex ꝑte vtriuſqȝ req̄rit charitas. ſ. ꝙ vterqȝ ſit i charitate qꝛ
charitas ē radix merēdi. et ſine ipa nullū opus ē ſatiſfactoriū
Ex ꝑte opis req̄rit maioritas. ꝙ. ſ. ille q̄ ſatiſfacit ꝓ alio faciat
plus q̄ȝ ille ꝓ q̄ dʒ ſatiſfacere. vt ſi ille ꝓ q̄ ſatiſfaciat eſt obliga
tus ad ieiunādū vnā ſextā feriā nō ſufficeret ꝙ ille q̄ ſatiſface-
ret ꝓ illo ieiunaret illā ſextā feriā. imo oporteret ꝙ ampliꝰ ie-
iunaret Et credo etiā ꝙ requirat ꝙ fiat autoritate ſuꝑioris.
Si āt ille ꝓ q̄ ſatiſfaciat ſit mortuus. tūc aut eſt in paradiſo. ⁊
tūc nō indiget ꝙ aliq̄s ꝓ eo ſatiſfaciat. qꝛ vt ait Augꝰ. Iniu
riā facit martyri q̄ orat ꝓ martyre. qđ intelligendū eſt de q̄libʒ
q̄ eſt in paradiſo. vt exp̄ſſe dr̄ extra de cele. miſſ. Cū marthe.
Aut eſt in inferno. et tunc ſm̄ opinionē oīm theologoꝝ nihil
q̄d fiat ꝓ eo ꝓficit ſibi. qꝛ in inferno nulla eſt redēptio Aut eſt
in purgatorio. et tūc p̄t ſatiſfieri ꝓ eo a viuis Et ita dr̄ Aug.
in li. ꝓ agēda cura mortuoꝝ. vbi ſic dr̄ Nō eſtimemꝰ ad mor
tuos ꝓ q̄bꝰ curā gerimꝰ ꝑuenire niſi q̄d ꝓ eis ſiue eleymoſina-
rum ſiue orationū ſacrificijs ſolenniter ſupplicamꝰ. xiij. q. ij.
Nō eſtimemus. Et Greg. in ca. Anime. xiij. q. ij. Anime de
functoꝝ quatuor modis ſoluunt aut oblatōibꝰ ſacerdotū. aut

orõnibꝫ ſcõꝝ. aut charoꝝ eleymoſinis. at ieiunijs cognotoꝝ
Licet aũt de pnĩa multa alia eſſent dicẽda hec tñ q̄ dcã ſunt
breuitatis cauſa ſufficiãt. Sup operis impfectõe veniã poſtu
lans a lectore vt q̄ corrigẽda videat ⁊ addẽda nõ inuidẽdi aĩo
ſed benigno corrigat et emendet

¶ Explicit secũda particula huius operis..

## Incipit tercia particula principalis huius libri. in qua agitur de articulis fidei. et de his que ptinent ad populi informationem

Quoniã dñs ⁊ magiſter noſter ieſus chriſtꝰ de mũ
do aſcẽſurus ad patrẽ diſcipulos quõ ſe haberẽt
ad fideles quos ſuo redemerat ſanguine inſtruens
dixit. Eũtes docete oĩes gẽtes. In quo rectores
eccĩaꝝ diſcipulis ſuccedẽtes inſtruxit ⁊ monuit vt ſibi ſubdi
tos doctrina ſana et ſalutifera informarent. Qđ in lege veteri
pulcerrime ẽfiguratũ. vbi legit᷑ ꝙ in rõali iudicio q̄d legalis
ſacerdos gerebat in pectore doctrina et veritas erãt ſculpta.
In q̄ re dabat᷑ intelligi ꝙ euãgelici ſacerdotes veritatis doc
trinã debẽt de i ſe gerere. ⁊ eã ſuis ſubditꝭ nũciare. alioq̄n ſen
tẽtiã maledictõnis eterne incurrũt. Sicut dñs p Iſaiã ɔmi/
nat᷑ dicẽs. Ue vobis canes muti nõ valẽtes latrare. Merito
ergo rector eccĩaſticus canis dicit᷑ q̄ latratu p̄dicatõis ⁊ doc
trine euãgelica lupos. i. demones arcere dꝫ a grege dñi. ⁊ dor
miẽtiũ in pctis aĩas excitare. Sꝫ tũc mutꝰ efficit᷑ cũ deſidia
torpet. vl' ex ignorãtia tacet. ⁊ merito a dño reprobat᷑. Qua ex
re ſumo pe laba orre dꝫ ⁊ ſolerti ac ſolicito aĩo vigilare ne di/
uine ſciẽ ignorãs exiſtat. quinĩmo tm̃ de ea ſcire tenet᷑ ꝙ ſciat
ſuũ officiũ debite exeq̄ et ſibi ppl'm ɔmiſſuꝫ informare. Et h̄
q̄ztũ ad ea q̄ ipẽ ppl's dꝫ ſcire. Que q̄ ad nũc pñt reduci ad q̄n
qꝫ. videlicet ad credẽda. ad petẽda. ad facienda. ad fugienda.
et ad ſperãda. Debet ergo rector eccĩaſticus ſibi ſubditos in
ſtruere q̄d credẽdũ. q̄d petẽdũ. q̄d faciẽdũ. quid fugiendũ. et
etiã q̄d ſit ſperãdũ. Primũ ɔtinet᷑ in articulis fidei. ſecũdũ in
petitõibꝫ orõis dñice. terciũ et q̄rtũ in p̄ceptis decalogi. q̄n
tũ in dotibꝫ glẽ padiſi. Et de iſtis ĩ iſta tercia pticula eſt agẽ

dum. Et ſm hoc iſta tercia ꝑticula in quatuor capl'a diuidit. Capl'm primũ erit de articulis fidei Capl'm ſcđm erit de petitõnibꝫ orõnis dñice. Capl'm terciũ erit de decẽ ꝑceptis Capl'm quartũ erit de dotibꝫ beatorum

¶ De articulis fidei Capl'm .i.

Teſte apl'o ſine fide ĩpoſſibile eſt placere deo. fides ei eſt fundamẽtũ oĩm bonorũ operũ. ſine quo oĩs ſpũalis edificatio ꝯſtructa deficit atqꝫ cadit. Iſta ãt fides in articulis fidei ꝯpletiſſime ꝯtinet. q̇ articuli in ſimbolo ꝯtinẽtur et colligunt ¶ Notandũ aũt q̃tuor eẽ ſimbola. q̃ licet ĩ verbis ſunt varia. in ſenſu tñ et ſnĩa ſunt vnũ. Primũ vocat ſimbolũ apl'orũ illđ ſcꝫ Credo qđ đr in ꝯpletorio. ⁊ in ꝑma. ⁊ vocat apl'orꝝ qꝛ apli recepta ſpũſſci grã illud ꝯpoſuerunt. Et ex hoc vocat ſimbolũ. qꝛ dicit de ſingulus ⁊ bolus. qꝛ q̇libet ipoꝝ poſuit bolũ ſuũ. Vñ b. Petrus incepit dicẽs. Credo in deũ patrem oĩpotẽtẽ. ceteri apl'i fuerũt cetera ꝓſecuti. Scđm credo vocatur ſimbolũ nycenũ. qꝛ ſci prẽs illud in Nycena ſinodo ꝯpoſuerũt. ⁊ illud cantat in miſſa ſicut dictũ eſt in ꝑma ꝑte primi tractat⁹ de eucbariſtia. c. x. Terciũ vocat ſimbolũ Athanaſiũ. qꝛ ſcũs athanaſius illud compoſuit. ⁊ iſtud in ꝑma dicit. ſcꝫ Quicũqꝫ vult ſaluus eſſe. Quartũ vocari pt ſimbolũ ĩnocẽtianũ ſiue lateranẽſe. qꝛ fuit ꝯpoſitũ ſub Innocẽtio in ꝯcilio lateranẽſi. et iſtud ponit extra de ſum. tri. ⁊ fi. catho. c. Firmiter credimus. Et iſta ſicut in q̃tuor euãgelijs tota veritas doctrine et fidei chriſtiane ꝯp̄hendit ita in iſtis quatuor ſimbolis oẽs articuli fidei ꝯtinent Et ſicut oĩm q̃tuor euãgeliſtarũ doctrina eſt vna. ita oĩm q̃tuor ſimboloꝝ ẽ vna ſcĩa atqꝫ fides. Et ſic iuxta viſionẽ Ezechielis rota fit in medio rote. c. i. Materia iſtoꝝ q̃tuor ſimboloꝝ ſunt articuli fidei. q̇ quidem articuli ab aliq̇bꝫ dicũtur eẽ. xij. et ab aliq̇bꝫ. xiiij. Illi q̇ dicũt eſſe. xij. diſtinguunt eos penes numerꝝ apl'orũ. q̇ ſimbolum vt dictũ eſt cõpoſuerũt et fidẽ catholicã ꝑdicauerũt. ⁊ eccleſiã fundauerũt Illi q̇ dicũt eſſe. xiiij. diſtinguũt eos penes materiã de qua ſunt. Cum ergo materia de qua ſunt articuli fidei ſit deitas ⁊ humanitas. qꝛ dñs noſter Jeſus chriſtus verus deus et homo eſt. Igitur ſm iſtos ſeptem ſunt arti/

culi ꝑtinētes ad diuinitatē.et ſeptē ꝑtinētes ad humanitatem
Articuli ꝑtinētes ad diuinitatē diſtiguunť ſic.qꝛ vnꝰ reſpicit
eēntiā.tres reſpiciūt ꝑſonas.et tres oꝑa ꝑſonaꝝ Articulꝰ il
le q̄ reſpicit eſſentiā eſt credere in deū trinū et vnū.vnū q̄dē in
eēntia ⁊ trinū in ꝑſonis Et ꝯtra iſtū articulū errauit maniche
us q̄ poſuit duos deos vnū bonū alterū malū Et ad remouē
dū iſtū errorē cū in ſimbolo apl'oꝝ diceretť ſolū.Credo in deū
in ſimbolo nyceno fuit additū.in vnū deū Et de iſto articulo
dꝛ ī ſimbolo Athanaſij Fides āt catholica hec ē.vt vnū deū
in trinitate ⁊ trinitatē in vnitate veneremur q̄ſi dicat.creda-
mus deū eē vnū in eſſentia.et trinū in ꝑſonis Articuli āt ꝑti
nētes ad ꝑſonas ſunt tres Primꝰ eſt credere in ꝑſonā patris
Et de iſto articulo diciť in vtroqꝫ ſimbolo.prēm oīpotentē.
ita ꝙ pater eſt ꝓma ꝑſona in trinitate nō q̄dē ꝓoritate nature
vel tꝑis.ſed ſolū ꝓoritate originis.qꝛ ꝑſona patris a nullo ori
ginať.ſꝫ alie ꝑſone originanť ab ea Et iſtud tangiť in ſimbo-
lo Athanaſij cū dꝛ.Pater a nullo eſt factus nec creatus nec
genitus Scd̄s articulus de illis q̄ ꝑtinēt ad ꝑſonas eſt cre-
dere in ꝑſonā filij Et de iſto diciť in vtroqꝫ ſimbolo Et in ie
ſum chriſtū filiū eiꝰ vnicū.ita ꝙ debemꝰ credere ꝙ ꝑſona filij
nō ſit nec creať.ſꝫ gn̄ať a patre Et hoc tāgiť in ſimbolo Atha
naſij.cū dꝛ.filiꝰ a patre ſolo eſt.nō factus nec creatus nec ge-
nitus Et ꝯtra iſtū articulū errauit Arrius q̄ dixit filiū eē crea
turā purā ⁊ minorē patre Jō ꝯtra errorē Arrij fuit addituꝫ in
ſimbolo Nyceno.deū de deo.lumē de lumine:deuꝫ verū de
deo vero.genitū nō factū ꝯſubſtātialē patri Licet eīm chriſtꝰ
inq̄ꝫtū hō ſit minor patre tñ inq̄ꝫtū deus eſt equalis patri ſm
diuinitatē.vt dicit Athanaſius Equalis patri ſm diuinita
tem.minor patre ſm humanitatē Fuerūt etiam q̄dā heretici
vocati Ambrite vł Ambyonite q̄ dixerūt filiū eē genitū a pa
tre ex tꝑe.et nō fuiſſe ab eterno Et ꝯtra iſtū errorē fuit additū
in ſimbolo Nyceno Et ex patre natū añ oīa ſecula Tercꝰ ar
ticulus de illis q̄ ꝑtinēt ad ꝑſonas eſt credere in ꝑſonā ſpūſſcī
Et de iſto articulo diciť in ſimbolo apl'oꝝ.Credo ī ſpūſcm̄
ita ꝙ debemus credere ſpm̄ſcm̄ eſſe verū deuꝫ a patre ⁊ filio
ꝓcedētē.ita dicit Athanaſius Spūſſanctꝰ a patre ⁊ filio nō

factus nec creat⁹ nec genitus ſ; ꝓcedēs Et ꝯtra iſtū articl'm
errāt greci dicētes ſpm̄ſcm̄ a ſolo patre ꝓcede. Et ꝯ errorē
eoꝝ addit romana eccl'ia in ſimbolo Niceno Qui ex patre fili
oq; ꝓcedit. Fuerūt aliq̄ heretici q̄ dixerūt ſpm̄ſcm̄ eſſe crea/
turā; ꝛ nō deū. Et ꝯ errorē iſtoꝝ fuit additū i ſimbolo Nice
no Qui cū patre ꝛ filio ſil' adorat' ꝛ cōglorificat'. Nulla enim
creatura dz adorari eq̄li adoratōe cū deo. Cōtra iſtos tres arti/
culos de trinitate pſonaꝝ errauit Sabelli⁹ q̄ poſuit ꝯfuſionē
pſonaꝝ dicēs ꝙ eadē pſōa qn̄q; erat pat'. qn̄q; erat fili⁹. qn̄q;
ſpūſcūs Cōtra quē dr̄ Atha. Alia ē em̄ pſōa patr; . alia filij:
alia ſpūſci. Vn̄ ē ſciēdū ꝙ vna pſōa ē alia ab altera. nō tn̄ eſt
aliud Vn̄ iſta eſt vera. pat' eſt ali⁹ a filio . ſ; iſta eſt falſa ꝛ here
tica pat' eſt aliud a filio q̄a hec dictio ali⁹ q̄ ē maſcl'ini generis
dr̄ diuerſitatē in pſona. ſed hec dcō aliud q̄ eſt neutri generis
dr̄ diuerſitatē in eēntia Alij tres articuli ptinēt ad opa trinita
tis. q̄ꝝ q̄dā ptinēt ad op⁹ nature. videl; ad op⁹ creatōis. ꝛ de
h̄ eſt vnus articulus. ſ. q̄ dr̄ ꝙ debemus credere deū eſſe crea
torē oīm creaturaꝝ Et de iſto articulo dr̄ in ſimbolo apl'orū;
creatorē celi ꝛ terre Et ꝯtra iſtū articulū errauit Maniche⁹
q̄ dr̄ ꝙ deus bon⁹ creauit res inuiſibiles. ſ; de⁹ mal⁹ creauit
res viſibiles Vn̄ ꝯtra errorē iſtū fuit additū in ſimbolo Ny/
ceno. viſibiliū oīm ꝛ inuiſibiliū Notandū etiā ꝙ in ſimbo
lo apl'oꝝ dr̄ creatorē. in ſimbolo aūt Nyceno dr̄ factorem Et
rō eſt. q2 drn̄a eſt inter creatorē ꝛ factorē. ſil'r inter creare ꝛ fa/
cere. q2 creare eſt aliq̄d ex nihilo ꝓducere. ꝛ facere eſt aliq̄d ꝓ
ducere ex aliq̄ Quia ḡ deus in ṗncipio creauit angelos ꝛ ma
teriā oīm tam celeſtiū q; terreſtriū. ex q̄ poſtea fecit alia. iō dr̄
creatorē. q2 vero poſtea ex illa materia fecit oēs alias creatu/
ras. ꝛ iō dr̄ factorē Opeꝝ etiā dei q̄dā ptinent ad opus gr̄e. ſ.
ad opus iuſtificatōis Et de hoc eſt vnus articul⁹ ſc; ꝙ debe
mus credere ꝙ ꝑ grām dei fideles ſpūalit' vniunt'. ꝛ remittun
tur pctā fidelib⁹ vnitis in vnitate eccl'ie ꝛ catholice fidei Et de
hoc dr̄ in ſimbolo apl'oꝝ. ſanctā eccl'iam catholicā. id eſt vni/
uerſalē ſanctoꝝ cōmunionē. remiſſionē; peccatoꝝ Et in iſto
articulo ꝯprehēdunt' oīa ſacramēta eccl'ie. ꝛ quicq̄d ſacroſan/
cta romana eccl'ia de baptiſmo ꝛ eucbariſtia ꝛ alijs ſacramē/
tis eccl'ie in quib⁹ fideles ſibi adinuicē cōmunicāt. ꝛ ꝑ que fit

peccatoꝝ remiſſio credit. ꝑcipit ⁊ docet eſſe credendū. Et cō
tra iſtū errauit Pelagiꝰ q̄ poſuit ꝙ ꝑ ſolū actuꝫ liberi arbitrij
abſqꝫ grā dei poterit haberi remiſſio pctōꝝ. Cōtra etiā iſtuꝫ
articulū errauerūt Jacobite ⁊ Nicholaite Jouiniani Wal/
denſes. ⁊ vniuerſaliter oēs heretici. iudei. ſaraceni. gentiles
et pagani. ⁊ quicūqꝫ de baptiſmo ⁊ eucariſtia et alijs ſacra
mētis credūt aliter qꝫ romana eccl'ia Contra iſtū tamē articu
lū errant ſpecialiter greci ⁊ oēs alij ſciſmatici q̄ negant ſacro/
ſanctā romanā eccleſiā eſſe caput ⁊ magiſtrā omniū eccleſiaꝝ.
Vñ ꝯtra iſtū errorē fuit additū in ſimbolo Nyceno. vnā apo
ſtolicā eccl'iam Cōtra etiā errorez Donati q̄ poſuit baptiſmū
debere iterari fuit additū in ſimbolo Nyceno Cōfiteor vnuꝫ
baptiſma Operū etiā dei q̄dam ad opus glīe ꝑtinent. ſcꝫ ad
opus glorificatiōis. ⁊ de hoc eſt vnus articulus videlicet ꝙ
credimus virtute dei omēs reſurrecturos tam bonos qꝫ ma/
los. ⁊ bonos eſſe p̄miandos. ⁊ malos eſſe puniendos. Et de
iſto articulo fidei dr̄ in ſimbolo apl'oꝝ Carnis reſurrectionē
et vitā eternā Amen Et in ſimbolo Nyceno Expecto reſur/
rectionē mortuoꝝ. ⁊ vitam venturi ſeculi Amen Circa iſtuꝫ
articulū errabāt Saducei q̄ negabāt reſurrectōem eſſe futu/
rā Cōtra etiā iſtū articulū errauit Plato q̄ poſuit reſurrectō
nē eſſe naturalē. ⁊ fieri rōe nature. in fine. ſ. magni anni. q̄ cō/
plet̄ in. xxxvi. milibꝫ annis Cōtra etiā iſtū articulum errauit
Origenes. q̄ poſuit malos in inferno puniri ſolū vſqꝫ in diez
iudicij Vñ ꝯtra oēs iſtos errores dr̄ in ſimbolo Athanaſij:
Ad cuius aduentū. hoc eſt virtute cuius Hoc eſt ꝯtra errorez
Platonis. oēs hoīes reſurgere habēt cū operibꝫ ſuis. ꝯtra er
rorē ſaduceoꝝ. Et reddituri ſunt de factis ꝓprijs rōem. ⁊ qui
bona egerūt ibunt in vitā eternā. q̄ vero mala in ignē eternū
ꝯtra Origenis errorē Jſti ſunt ſeptē articuli ꝑtinētes ad di/
uinitatē. Alij aūt ſeptē ꝑtinēt ad hūanitatē Primꝰ eſt de con
ceptōe filij. ſ. credere ꝙ filius dei fuit ꝯceptus in vtero beate
Marie virginis ꝟtute ſpūſſci Et de hͦ dr̄ in ſimbolo apl'oꝝ.
Qui ꝯceptus eſt de ſpūſcō. ⁊ in ſimbolo Nyceno Qui ꝓpter
nos hoīes ⁊ ꝓpter noſtrā ſalutē deſcēdit de celis. ⁊ incarna/
tus ē de ſpūſcō Contra iſtū articulū errauit Manicheus di
cēs filiū dei nō verā carnē ſed phātaſticā aſſumpſiſſe Et ꝯtra

# De articulis fidei

iſtū errorē dr̄ in ſimbolo Athanaſij. Perfect⁹ deus pfectus
hō ex aīa rōnali ⁊ hūana carne ſubſiſtēs Scd̄s articul⁹ de p
tinentib⁹ ad humanitatē ē de natiuitate xp̄i.ſ.credere dei filiū
ab eterno natū a pr̄e.ex tpe natū ex Maria ỽgine q̄ ỽgo exti-
tit aīi ptū in ptu ⁊ poſt ptū Et de iſto articlo dr̄ in vtroqꝫ ſim
bolo Nat⁹ ex Maria virgine Cōtra iſtū articulū errāt pfidi
iudei.negātes dei filiū ex Maria ỽgine eē natū Cōtra iſtuz
articulū errauit etiā ille nephādus Iouinian⁹ q̄ dr̄ q lꝫ bea-
tiſſima virgo Maria ꝯcepat virgo.tn̄ in ptu fuit corrupta Et
ꝯtra iſtū errorē dr̄ in vtroqꝫ ſimbolo Ex maria ỽgine ¶ Ter
cius articulus ptinēs ad humanitatē ē de paſſiōe dn̄i nr̄i ihū
xp̄i.ſ.q credim⁹ dei filiū p ſalute nr̄a paſſum. crucifixū mor-
tuū et ſepultū Et h̄ eſt q̄ad naturā humanā. qꝛ natura diui-
na nihil patiebat̄ Et de iſto articlo dr̄ in vtroqꝫ ſimbolo. ſcꝫ
aploꝝ ⁊ Nyceno Paſſus ſub pontio Pilato. crucifixus mor
tuus ⁊ ſepult⁹ Et ꝯtra iſtū articulū errauit ſpurciſſim⁹ ma-
chometus. q̄ q̄uis in altero canone ſuo dicat xp̄m ex maria
virgine natū tn̄ negat eū paſſum vel crucifixū fuiſſe. ſed vnuz
aliū loco ei⁹. Cōtra etiā iſtū articulū errauit Origenes dicēs
xp̄m non ſolū paſſum p hōib⁹.imo etiā p demonib⁹ in aere qn̄
aſcēdit in celū. Et ꝯtra iſtū errorē dr̄ ī ſimbolo Nyceno Qui
pp̄ter nos hoīes ⁊ pp̄ter noſtrā ſalutē ⁊c̄ ¶ Quart⁹ articul⁹
ptinēs ad hūanitatē ē de deſcēſu ad inferos.ſ.q credimus q
aīa xp̄i q̄ in morte ſepata fuit a corpe. vnita tn̄ diuinitati. cor-
pore etiā diuinitati vnito in ſepulcro remanēte deſcendit ad
lymbū ſanctoꝝ patrū.q̄ eſt q̄dam ps inferni. ⁊ iſtos patres q̄
in fide de xp̄o incarnando ⁊ in charitate deceſſerunt inde libe
rauit.peccatorib⁹ in inferno remanentib⁹ damnatoꝝ. Et de
iſto articlo dr̄ in vtroqꝫ ſimbolo. deſcēdit ad īferos ¶ Qui-
tus articul⁹ ptinēs ad hūanitatē ē de reſurrectōe.ſcꝫ q credi
mus dei filiū reſurrexiſſe a mortuis tercia die. ſm q ſcriptu-
re pph̄aꝝ ⁊ aploꝝ p̄dixerant Et de iſto articulo dr̄ in vtroqꝫ
ſimbolo.tercia die reſurrexit a mortuis ¶ Notandū āt q xp̄s
nō fuit in ſepulcro niſi q̄draginta horis.ſed dr̄ ibi fuiſſe trib⁹
dieb⁹.qd̄ ſm Aug. intelligenduꝫ eſt p ſynodochen. vt ponat̄
ps diei p tota die. vn̄ ipſe fuit ibi p vltimā ptem diei veneris.
quia in cōpletorio iſtius diei fuit poſitus in ſepulcrum. ⁊ fuit

ſibi ꝑ totā die ſabbati. ⁊ ꝑ p̄mā ꝑtē diei dñice. qꝛ in aurora ſur/
rexit Sextus articulꝰ ad humanitatē ꝑtinens eſt de aſcenſu
ad celos ſcʒ ꝙ credimus ꝙ q̄dragesima die a reſurrectōe ſua
xp̄s cū magna comitatiua angeloꝝ ⁊ aīaꝝ ſcōꝝ patruʒ q̄s ab
inferno extraxerat aſcēdit in celū Et de iſto articulo habet̄ in
vtroqꝫ ſimbolo aſcēdit ad celos. ſedet ad dexterā dei patrꝭ oi
potētis ¶ Septimꝰ articulꝰ ad hūanitatē ꝑtinēs eſt aduen/
tū xp̄i ad iudiciū credere. ſcʒ ꝙ xp̄s in fine mūdi in forma hūa
na apparebit cuʒ virtute magna ⁊ ptāte in valle Joſaphat. et
ibi iudicabit bonos ⁊ malos Et de iſto articulo dꝛ in vtroqꝫ
ſimbolo Inde vēturus ē iudicare viuos ⁊ mortuos Iſti ſtꝫ
xiiij. articuli fidei q̄ꝝ ſeptē ꝑtinēt ad diuinitatē. ⁊ alij ſeptē ad
hūanitatē xp̄i Et iſtos articulos dñt ſacerdotes ſubditos ſu/
os edocere. ⁊ maxime illos q̄ ꝑtinēt ad hūanitatē. ⁊ potiſſime
illos de q̄bꝫ eccl̄ia ſolēnizat. ſicut eſt articulꝰ ꝯceptōis de quo
eſt feſtū in annūciatōe btē Marie. ⁊ articulus de natiuitate
de q̄ fit feſtū i natali. ⁊ articulꝰ de paſſiōe de q̄ fit feſtū in para
ſceue. ⁊ articulꝰ de reſurrectōe de q̄ fit feſtū in die paſche. ⁊ ar
ticulus de aſcēſione de q̄ fit feſtū in die aſcēſionis dñi. Iſtos
eīm articulos cū articulo de aduentu ad iudiciū q̄libet fidelis
poſtq̄ꝫ venit ad annos diſcretōnis tenet̄ ſcire explicite Et de
iſtis articulis ad hūanitatē ꝑtinentibꝫ habent̄ verſus Naſcit̄
luit̄ patit̄ deſcēdit ad ima Surgit ⁊ aſcēdit veniet diſcernere
cūcta Hec eſt fides catholica quā corde credo et ore cōfiteor
in qua fide viuere volo ⁊ mori. ꝓteſtās me in oībꝫ credere ſicꝫ
ſancta romana eccl̄ia credit Et ſi q̄d minus bñ dixerim totū
